SUETONIO

VIDA DE LOS DOCE CÉSARES

III

ALMA MATER

COLECCIÓN DE AUTORES GRIEGOS Y LATINOS

CONSEJO EDITORIAL

Director: Francisco R. Adrados

Secretario: Luis Alberto de Cuenca

Consejo Asesor
Alberto Díaz Tejera
Antonio Fontán
Jesús Lens
Antonio Ramírez de Verger



Han revisado este volumen
D. Juan Bastardas
y D.ª Teresa Gracia

C. SUETONIO TRANQUILO

VIDA DE LOS DOCE CÉSARES

TEXTO REVISADO Y TRADUCIDO POR

MARIANO BASSOLS DE CLIMENT

CATEDRÁTICO DE LA UNIVERSIDAD DE BARCELONA

VOLUMEN III

(LIB. V - VI)

Primera reimpresión

CONSEJO SUPERIOR DE INVESTIGACIONES CIENTÍFICAS

MADRID

1996

Quedan rigurosamente prohibidas, sin la autorización escrita de los titulares del «Copyright», bajo las sanciones establecidas en las leyes, la reproducción total o parcial de esta obra por cualquier medio o procedimiento, comprendidos la reprografía y el tratamiento informático, y la distribución de ejemplares de ella mediante alquiler o préstamo público.

© CSIC
I S B N: 84 - 00 - 02270 - X (Vol. III)
I S B N: 84 - 00 - 07061 - 5 (Obra completa)
DEPÓSITO LEGAL: M - 20450 - 1996
IMPRIME: Industria Gráfica MAE
Avda. Hermanos Granda, 30
28022 MADRID. Telf.: 747 50 00
IMPRESO EN ESPAÑA
PRINTED IN SPAIN

SIGLA

M = codex Memmianus 6115, saec. IX.
G = codex Gudianus 268, saec. XI.
V = codex Vaticanus 1904, saec. XI-XII.
L = codex Laurentianus 68,7, saec. XI-XII.
P = codex Parisinus 5801, saec. XII.
O = codex Laurentianus 66,39, saec. XII.
S = codex Montepessulanus 117, saec. XII.
T = codex Berolinensis lat. fol. 337, saec. XIV.
Π = codex Parisinus 6116, saec. XII.
Q = codex Parisinus 5802, saec. XII.
R = codex Regius Londinensis 15, C. III, saec. XII.
A = codex Escurialensis M I 21, saec. XV.
B = codex Toletanus G III 4, saec. XV.
H = codex Parisinus 8818, saec. XI (excerpta).
N = codex Parisinus 17903, saec. XIII (excerpta).

Accedit

a (X apud Ihm) = archetypus *LPOST*.
b (Υ apud Ihm) = archetypus Π*QR*.
a' (X' apud Ihm) = archetypus *V* et **a**.
b' (Υ' apud Ihm) = consentiens lectio codicum **b** et *ST*.[1]

codd. = consensus omnium codicum.
uulg. = consensus editorum antiquorum.

⟨ ⟩ = inclusa sunt quae addenda uidentur.
[ ] = inclusa sunt quae secludenda uidentur.
... = lacuna.
† = lectio quae corrupta censetur.
— = uerba textus breuitatis gratia in apparatu omissa.
*** = litterae in codd. erasae uel deletae.

[1] Saepe cum iis consentiunt P^2 *et* $O(O^2)$.

EDITIONES SUETONIANAE DE QUIBUS IN APPARATU MENTIO FIT[1]

Ailloud, H. = *Suétone. Vies des douze Césars,* texte établi et traduit par H. Ailloud, 3 vols., Col. Budé, París 1954-1955.

Basiliensis = Editio Basiliensis, Basiliae 1533. Ed. altera 1546.

Baumgarten-Crusius = Editio D. C. G. Baumgarten-Crusii, 3 vols., Lipsiae 1816-1818.

Bononiensis I = Editio Bononiensis (cum commentaris Beroaldi), Bononia 1493.

Bononiensis II = Editio Bononiensis (impressa per Platonem de Benedictis), Bononia 1488. Ed. altera 1506.

Burmannus = Editio P. Burmanni, 2 uols., Amstelaedami 1736.

Casaubonus = Editio I. Casauboni, Genauae 1599, Parisiis 1610.

Egnatius = Editio Aldina cura I. B. Egnatii, Venetiae 1516.

Erasmus = Editio D. Erasmi, Basiliae 1518.

Ernesti = Editio I. A. Ernesti, Lipsiae 1748 y 1775.

Ihm = Editio Maximiliani Ihm *C. Suetoni Tranquilli opera. De uita Caesarum,* Bibliotheca Teubneriana, Lipsiae 1907 (editio maior), 1908 (editio minor). Hanc editionem secutae sunt plurimae aliae photomechanice iteratae, ex quibus recentissima edita anno MCMLXI.

Ch. Modderman = Lectiones Suetonianae, Groningae 1892.

Oudendorpius = Editio F. Oudendorpii (cum notis Graeuii, Gronouii, Dukeri), 2 uols., Lugduni Batauorum 1751.

Preud'homme = Editio Leonis Preud'homme, Groningae 1906.

Pulmannus = Editio Antuerpiana cura T. Pulmanni, Antuerpia 1574.

Rolfe = *Suetonius with an english translation* by J. C. Rolfe, 2 vols., Col. Loeb, London 1960.

Rom. I = Editio Iohannis Antonii Campani, Romae 1470 (editio princeps).

Rom. II = Editio Iohannis Andreae, Romae 1470 (editio princeps).

Roth = Editio Caroli Ludouici Roth, Bibliotheca Teubneriana, Lipsiae 1858 (editio nouissima 1924).

[1] De editionibus non integris cf. vol. I, pag. LV.

C. SVETONI TRANQVILLI

DE VITA DVODECIM CAESARVM

LIBRI VIII

(VOLVMEN III)

LIBER V

DIVVS CLAVDIVS

Stephanus = Editio R. Stephani, Parisiis 1543.
L. Torrentius = Editio Pulmanni cum commentaris L. Torrentii, Antuerpia 1578.
Ven. I = Editio Veneta, Venetiae 1471 (editio princeps).
Ven. II = Editio Veneta, cum commentario Sabellici, Venetiae 1490.
Wolfius = Editio F. A. Wolfii (cum commentaris Ernesti et Casauboni). Insunt reliquiae Monumenti Ancyrani et Fastorum Praenestinorum, 4 uols., Lipsiae 1802.

COMPENDIA

a. corr. = ante correctionem.
add. = addidit, addiderunt.
ad l. = ad locum.
al. m. = alia manus, alia manu.
app. = apparatus, apparatu.
cett. = ceteri.
cf. = confer.
coni. = coniecit, coniecerunt.
corr. = correxit, correxerunt.
del. = deleuit, deleuerunt.
ed. = editio.
edd. = editores, editoribus, etc.
eras. = erasit, eraserunt, erasae.
ex corr. = ex correctione.
em. = emendauit.
fort. = fortasse.
indic. = indicauit, indicauerunt.
in marg. = in margine.
legend. = legendum.
l. l. = loco laudato.
ll. ll. = locis laudatis.
m. = manus, manu.
mut. = mutauit.
oblitt. = oblitterauit.
o. l. = opere laudato.
om. = omisit, omiserunt, omissum, omisso.
p. = página.
p. corr. = post correctionem.
plq. = plerique.
ras. = rasura.
recc. = recentiores.
rell. = reliqui.
rest. = restituit, restituerunt.
script. = scriptum, scripta, etc.
seel. = seclusit, secluserunt.
sec. m. = secunda manus, secunda manu.
seq. = sequentes, sequentia, quae sequuntur.
s. scr. = supra scripsit, supra scriptum.
s. u. = sub uoce, sub uerbo.
suppl. = suppleuit.
trai. = traiecit.
transp. = transposuit.
u. = uide.
u. l. = uaria lectio.
ut uid. = ut uidetur.

SINOPSIS

I. LOS PADRES DE CLAUDIO Y LOS AÑOS ANTERIORES A SU REINADO (1-10)

Vida de Druso, padre de Claudio (1). Nacimiento de Claudio. Enfermedades. No se le considera capacitado para desempeñar altos cargos (2). Su familia le menosprecia. Juicio que merece a Augusto y Tiberio (3-6). Trato que le dispensa Calígula (7-9). Es proclamado emperador (10).

II. CLAUDIO DUEÑO DEL PODER (11-29)

Honra a sus familiares (11). Rehúye las distinciones excesivas y se muestra respetuoso con todos (12). Conspiraciones contra Claudio (13). Sus consulados. Administra justicia con celo pero en forma arbitraria (14-15). Claudio censor (16). Expedición a Bretaña (17). Procura asegurar el abastecimiento y el orden en Roma (18-19). Obras públicas (20). Espectáculos y juegos (21). Reformas religiosas, judiciales, administrativas, militares y sociales (22-25,2). Política exterior (25, 3-5). Las mujeres, hijos y libertos de Claudio (26-28). Carece de voluntad propia (29).

III. CARACTERÍSTICAS PERSONALES DE CLAUDIO (30-42)

Aspecto físico y salud (30-31). Banquetes (32). Gula de Claudio (33). Muestras de la ferocidad de su carácter (34). Su desconfianza y pusilanimidad (35-37). Sus arrebatos de ira (38). Sus inconsecuencias y distracciones (39-40). Sus aficiones literarias (41-42).

IV. MUERTE DE CLAUDIO (43-46)

Muéstrase arrepentido de haberse casado con Agripina (43). Hace testamento y al poco tiempo muere envenenado (44-45). Presagios de la muerte (46).

CUADRO GENEALÓGICO DE LA FAMILIA CLAUDIA



1 Sobre los otros hijos de este matrimonio, cf. Cuadro genealógico de la familia Julia, pág. 85, vol. II.

DIVVS CLAVDIVS

1 Patrem Claudi Caesaris Drusum, olim Decimum mox Neronem praenomine, Liuia, cum Augusto grauida nupsisset, intra mensem tertium peperit, fuitque suspicio ex uitrico per adulterii consuetudinem procreatum. Statim certe uulgatus est uersus:

Τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.

2 Is Drusus in quaesturae praeturaeque honore dux Raetici, deinde Germanici belli Oceanum septemtrionalem primus Romanorum ducum nauigauit transque Rhenum fossas naui et immensi operis effecit, quae nunc adhuc Drusinae uocantur. Hostem etiam frequenter caesum ac penitus in intimas solitudines actum non prius destitit insequi, quam species barbarae mulieris humana amplior **3** uictorem tendere ultra sermone Latino prohibuisset. Quas ob res ouandi ius et triumphalia ornamenta percepit; ac post praeturam confestim inito consulatu atque expeditione repetita supremum

---

1 **6** εὐτυχοῦσι] EYTYXOICI *MLSA* · **9** naui *MG* : magna ui **a** *AB* noui **b** gnaui *Bentley*

CLAUDIO

Livia, ya encinta, casó [1] con Augusto y a los tres meses dio a 1
luz a Druso, padre del emperador Claudio, a quien primero pusieron el nombre de Décimo y más tarde el de Nerón; y no faltó quienes sospecharan que Druso había sido engendrado por su padrastro y fruto por tanto de sus amores adulterinos. Lo cierto es que al punto corrió de boca en boca este verso:

A los favorecidos por la fortuna les bastan tres meses para tener hijos.

El ya citado Druso asumió, durante el tiempo de su cuestura y 2
pretura, el mando de las operaciones militares llevadas a cabo en Recia y luego en Germania, y fue el primero de los generales romanos que navegó en aguas del océano septentrional; construyó también al otro lado del Rin unos canales que exigieron gran cuidado y esfuerzo y que todavía en la actualidad son conocidos con el nombre de Drusinos.[2] Infligió además numerosas derrotas al enemigo, al que persiguió hasta las soledades más inaccesibles ⟨del país⟩, y no dejó de acosarle hasta que se le apareció una mujer de porte extranjero y de estatura superior a la humana y le prohibió, hablándole en latín, que prosiguiera su marcha victoriosa. En recompensa de tales hazañas le fue concedido el honor de una 3
ovación [3] y las insignias triunfales; luego, después de la pretura, nombrado inmediatamente cónsul, reemprendió su campaña mili-

1 Cf. Aug., 62, 2.

2 Estos canales, de unos tres kilómetros de longitud, unían el Rin con el Issel, y así podía llegarse navegando hasta el mar del Norte.

3 Cf. Tib., 1, 2 y Claud., 24, 2.

diem morbo obiit in aestiuis castris, quae ex eo Scelerata sunt appellata. Corpus eius per municipiorum coloniarumque primores, suscipientibus obuiis scribarum decuriis, ad urbem deuectum sepultumque est in campo Martio. Ceterum exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret Galliarumque ciuitates publice supplicarent. Praeterea senatus inter alia complura marmoreum arcum cum tropaeis uia Appia decreuit et Germanici cognomen ipsi posterisque eius.
4 Fuisse autem creditur non minus gloriosi quam ciuilis animi; nam ex hoste super uictorias opima quoque spolia captasse summoque saepius discrimine duces Germanorum tota acie insectatus, nec dissimulasse umquam pristinum se rei p(ublicae) statum, quandoque posset, restituturum. Vnde existimo nonnullos tradere ausos, suspectum eum Augusto reuocatumque ex prouincia et, quia cunctaretur, interceptum ueneno. Quod equidem magis ne praetermitterem rettuli, quam quia uerum aut ueri simile putem, cum Augustus tanto opere et uiuum dilexerit, ut colieredem semper filiis instituerit, sicut quondam in senatu professus est, et defunctum

---

1 scelerata] scelerato *M* • **3** decuriis] decuris *Roth Preud'homme* • **5** stato] statuto *GPOTRL²B* • **8** Germanici] germani *MGLA* • **9** gloriosi quam ciuilis] generosi quam ciuilis *Bentley* ciuilis quam gloriosi *Polak* • **15** ne] ne ⟨quid⟩ *Polak* • **18** et defunctum] defunctum *MG* **a** *B*

tar, pero falleció [1] de enfermedad en sus campamentos de verano que, por este motivo, llevan el nombre de Malditos. Los prohombres de las colonias y municipios trasladaron a hombros su cadáver a Roma, en donde se hicieron cargo de él las decurias [2] de los escribas que habían salido a su encuentro, luego fue enterrado en el campo de Marte. Por su parte, el ejército erigió un túmulo en su honor, en torno al cual, todos los años, en un día determinado, los soldados debían desfilar y las ciudades de las Galias ofrecer oficialmente sacrificios. El senado, luego, aparte de otras muchas distinciones, acordó en su honor un arco de mármol con trofeos en la vía Apia y el cognomen de Germánico para él y para sus descendientes. Se cree además que era hombre no menos amante de la gloria que de la libertad, pues, no contentándose con las victorias, arrebató del enemigo despojos óptimos,[3] exponiendo muchas veces la vida y persiguiendo a los cabecillas germanos por todo el campo de batalla; además, no disimuló nunca su propósito de restablecer, tan pronto como se le presentara la ocasión, el antiguo régimen republicano. Ésta es la razón por la que, a mi juicio, algunos escritores se han atrevido a afirmar que recelando Augusto de él le ordenó que regresara a Roma y, como se retrasara, se desembarazó de él envenenándole. He recogido este rumor más para dejar constancia de él que por creerlo verdadero o verosímil, pues Augusto le profesó en vida tanto afecto que le instituyó siempre coheredero con sus propios hijos, como en una ocasión

4

5

[1] En el año 9 a. C.

[2] Se trata probablemente del personal administrativo a las órdenes de los cuestores. Formaba un cuerpo integrado por seis decurias, al frente de cada una de las cuales había seis presidentes llamados *primi curatores*. Los miembros de estas decurias se consideraban como iguales en jerarquía a los miembros del estamento ecuestre.

[3] Con este nombre se designaban las armaduras de los jefes enemigos cuando éstas eran arrebatadas por un general romano después de un combate cuerpo a cuerpo.

ita pro contione laudauerit, ut deos precatus sit, similes ei Caesares suos facerent sibique tam honestum quandoque exitum darent quam illi dedissent. Nec contentus elogium tumulo eius uersibus a se compositis insculpsisse, etiam uitae memoriam prosa oratione
6 composuit. Ex Antonia minore complures quidem liberos tulit, uerum tres omnino reliquit: Germanicum, Liuillam, Claudium.

2 Claudius natus est Iullo Antonio Fabio Africano conss. Kal. Aug. Luguduni eo ipso die quo primum ara ibi Augusto dedicata est, appellatusque Tiberius Claudius Drusus. Mox fratre maiore in Iuliam familiam adoptato Germanici cognomen assumpsit. Infans autem relictus a patre ac per omne fere pueritiae atque adulescentiae tempus uariis et tenacibus morbis conflictatus est, adeo ut animo simul et corpore hebetato ne progressa quidem aetate ulli
2 publico priuatoque muneri habilis existimaretur. Diu atque etiam post tutelam receptam alieni arbitrii et sub paedagogo fuit; quem barbarum et olim superiumentarium ex industria sibi appositum, ut se quibuscumque de causis quam saeuissime coerceret, ipse quodam libello conqueritur. Ob hanc eandem ualitudinem et

---

4 insculpsisse] exculpsisse **a** *AB*

2 7 Iullo *Ihm* : Iulio *codd.* Iulo *Pulmannus* • 11 ac *Ihm putat delendum* • 14 priuatoque] priuatoue *recc.* • muneri] munere *MG* • 16 superiumentarium] supermentarium *M (a. corr.)*

declaró en el senado; y una vez muerto, al pronunciar su elogio fúnebre ante el pueblo, llegó al extremo de afirmar que había rogado a los dioses que hicieran a sus Césares [1] parecidos a Druso y que le concedieran a él mismo, en su día, una muerte tan gloriosa como a aquél. Y no contento con haber hecho grabar en su túmulo un epitafio que él mismo había redactado, escribió también en prosa una biografía del difunto. Druso tuvo varios hijos de la me- 6
nor de las Antonias,[2] pero sólo tres le sobrevivieron: Germánico, Livila y Claudio.

Claudio nació en Lyon, siendo cónsules Julo Antonio y Fabio **2**
Africano en las calendas de agosto,[3] el mismo día que fue dedicada a Augusto por primera vez un ara en aquella ciudad, y le fueron puestos los nombres de Tiberio Claudio Druso. Más tarde, al ser adoptado su hermano mayor [4] por la familia Julia, asumió el sobrenombre de Germánico. Perdió a su padre en la infancia y, durante casi todo el tiempo de la niñez y adolescencia, sufrió diversas y pertinaces enfermedades, hasta el punto que, debilitado su cuerpo y su mente, ni siquiera al hacerse mayor se le consideró capacitado
para desempeñar ningún cargo público o privado. Durante mucho 2
tiempo, e incluso después de haber alcanzado la mayoría de edad, le dejaron sometido a la autoridad de otros y confiado a los cuidados de un maestro, del cual él mismo se queja en uno de sus opúsculos diciendo que era un hombre basto, palafrenero durante mucho tiempo, a cuyo cuidado le habían confiado adrede para que le castigara cruelmente por los motivos más triviales. A causa

---

[1] Alusión a Gayo y Lucio César, nietos de Augusto, pero adoptados por éste como hijos. Cf. Tib., 23.

[2] Hija del triunviro Antonio. Éste tuvo dos hijas llamadas ambas Antonia; la mayor fue abuela de Nerón.

[3] El primero de agosto del año 10 d. C.

[4] Al ser adoptado Tiberio por Augusto, éste le obligó a que a su vez adoptara a Germánico. Cf. Tib., 15, 3.

gladiatorio munere, quod simul cum fratre memoriae patris edebat, palliolatus nouo more praesedit; et togae uirilis die circa mediam noctem sine sollemni officio lectica in Capitolium latus est.

3 Disciplinis tamen liberalibus ab aetate prima non mediocrem operam dedit ac saepe experimenta cuiusque etiam publicauit. Verum ne sic quidem quicquam dignitatis assequi aut spem de se
2 commodiorem in posterum facere potuit. Mater Antonia portentum eum hominis dictitabat, nec absolutum a natura, sed tantum incohatum; ac si quem socordiae argueret, stultiorem aiebat filio suo Claudio. Auia Augusta pro despectissimo semper habuit, non affari nisi rarissime, non monere nisi acerbo et breui scripto aut per internuntios solita. Soror Liuilla cum audisset quandoque imperaturum, tam iniquam et tam indignam sortem p(opuli) R(omani) palam et clare detestata est. Nam auunculus maior Augustus quid de eo in utramque partem opinatus sit, quo certius cognoscatur, capita ex ipsius epistulis posui.

4 «Collocutus sum cum Tiberio, ut mandasti, mea Liuia, quid nepoti tuo Tiberio faciendum esset ludis Martialibus. Consentit

---

3 **6** ne] nec *M (a. corr.) PTAB* • **10** Claudio] claudi (-dii *G*) *MGQ* • **14** Nam] nam et **b** *uulg.* • **15** cognoscatur] agnoscatur **a** AB
4 **17** Collocutus] collocatus *MΠ (a. corr.)*.

de su delicado estado de salud presidió con la cabeza cubierta con una capucha, hecho sin precedentes, un combate de gladiadores que él y su hermano ofrecieron en honor de su padre, y el día en que vistió la toga viril fue conducido en una litera al filo de la medianoche al Capitolio, sin la comitiva habitual.[1]

Se aplicó, sin embargo, con notable esfuerzo, desde su infancia, 3
a las artes liberales, y con frecuencia publicó ensayos sobre distintos géneros literarios, pero ni aun así logró hacerse acreedor de una mayor estimación ni inspirar una mayor confianza en su capacidad para el futuro. Su madre, Antonia, no se cansaba de repetir 2
que era un aborto de hombre que la naturaleza había dejado sin terminar y, cuando tachaba a alguien de estúpido, decía que era más estúpido que su hijo Claudio. Su abuela Augusta,[2] que sentía por él un profundo desprecio, sólo en contadas ocasiones le dirigía la palabra y, cuando tenía que hacerle alguna observación, lo hacía por escrito, por medio de unas líneas breves y tajantes, o valiéndose de una segunda persona. Cuando su hermana Livila oyó que un día alcanzaría el poder, rogó a los dioses en público y sin disimulo que alejaran del pueblo romano una suerte tan inicua como inmerecida. Finalmente, para que se conozca con más certeza lo que pensaba de él su tío abuelo materno Augusto,[3] tanto en bien como en mal, he seleccionado algunos fragmentos de sus cartas.

«Tal como me encargaste, querida Livia,[4] he tenido un cambio 4
de impresiones con Tiberio sobre la conducta a seguir con tu

---

1 Integraban esta comitiva los allegados y amigos.

2 Se trata de su abuela adoptiva, o sea de Livia Drusila, esposa de Augusto.

3 En efecto, Octavia, hermana del emperador, fue madre de Antonia la menor, y ésta a su vez de Claudio.

4 Livia, la mujer de Augusto, abuela de Claudio. Cf. supra nota 2.

autem uterque nostrum, semel nobis esse statuendum, quod consilium in illo sequamur. Nam si est artius, ut ita dicam, holocleros, quid est quod dubitemus, quin per eosdem articulos et gradus
2 producendus sit, per quos frater eius productus sit? sin autem ἠλαττῶσθαι sentimus eum et βεβλάφθαι καὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρτιότητα, praebenda materia deridendi et illum et nos non est hominibus τὰ τοιαῦτα σκώπτειν καὶ μυκτηρίζειν εἰωθόσιν. Nam semper aestuabimus, si de singulis articulis temporum deliberabimus, μὴ προϋποκειμένου ἡμῖν posse arbitremur eum gerere ho-
3 nores necne. In praesentia tamen quibus de rebus consulis, curare eum ludis Martialibus triclinium sacerdotum non displicet nobis, si est passurus se ab Siluani filio homine sibi affini admoneri, ne quid faciat quod conspici et derideri possit. Spectare eum circenses ex puluinari non placet nobis; expositus enim in fronte prima spectaculorum conspicietur. In Albanum montem ire eum non placet nobis

---

2 artius] ἄρτιος *uulg.* • holocleros] ὁλόκληρος *uulg.* • **4** producendus — productus] perducendus — perductus L^2 *recc.* • sit] est *Q* fuit *pars edd. post Erasmum* • **5** ἠλαττῶσθαι *Beroaldus* : ΕΛΑΤΤΩCΘΑΙ (-ΩCΕΑΙ *MG a. corr.) codd.* • **6** τῆς ψυχῆς *edd. Rom.* : ΤΗΨΧΗC *M* ΤΗCΥΧΗC *uel* ΤΗCΨΧΗC *cett.* • ἀρτιότητα *recc. edd. principes Rom.* : ΑΡΠΟΤΗΤΑ *MQR* ΑΡΡΟΤΗΤΑ *G corruptius cett.* • **7** τοιαῦτα] ΤΟΙΑΥCΤΑ *MLSA* • σκώπτειν G^s *recc. edd. Rom.* : CΚΩΤΙΓΕΙΝ *MG a. corr. et sim. cett.* • εἰωθόσιν *recc. edd. Rom.* : ΕΗΙΩΘΟCΙΝ *M et simil. cett.* • **9** προϋποκειμένου *G* : ΠΡΟΥΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΥ *MLS* ΠΡΟΥΠΟΚΕΙΜΕΝΩΥ *PR corruptius cett.* • **12** ab Siluani] sillani *recc.* Silani *Roth (Beroaldus)*

nieto Tiberio [1] durante los juegos de Marte. Ambos hemos estado de acuerdo en que es necesario de una vez para siempre determinar la forma como debemos tratarle; pues, si él está del todo, por así decir, en sus cabales, ¿qué motivo hay para que no le hagamos avanzar por los mismos cargos y dignidades por las que hemos hecho avanzar a su hermano? [2] Si, por el contrario, llegamos al 2
convencimiento que es un retrasado y que sufre alguna deficiencia en lo que atañe a su integridad física o mental, no debemos ofrecer a la gente, que está acostumbrada a mofarse y a burlarse de tales deficiencias, un pretexto para reírse de él y de nosotros. Indudablemente estaremos siempre perplejos si nos vemos obligados a tomar una decisión en cada momento, salvo en el caso de que resolvamos de una vez para siempre si lo consideramos capaz o no para desempeñar los cargos públicos. Sin embargo, por lo que 3
atañe al caso concreto sobre el cual pides mi parecer, no me parece mal que durante los juegos de Marte se ocupe de organizar el banquete de los sacerdotes, siempre y cuando haga caso de las observaciones del hijo de Silvano,[3] deudo suyo, para que no haga nada que llame la atención o sea motivo de burla. No me parece, en cambio, adecuado que contemple los juegos circenses desde el palco imperial, pues, situado en la primera fila del anfiteatro, la mirada de todos caería sobre él. No juzgo conveniente que vaya al monte Albano,[4] ni que permanezca en Roma durante las ferias

1 Recuérdese que Claudio se llamaba Tiberio Claudio Druso. Cf. cap. 2.

2 Alusión a Germánico, padre de Calígula.

3 Una hija de Silvano, Plaucia Urgulanila, casó más tarde con Claudio. Cf. cap. 26.

4 Con respecto a las ferias latinas que se celebraban en el monte Albano, cf. Caes., 79, 1. Como todos los magistrados marchaban al monte Albano para asistir a dicha feria, se nombraba para el gobierno de Roma un *praefectus urbis feriarum latinarum causa*. Parece deducirse de las palabras de Augusto que se había pensado que Claudio acompañara a su hermano al monte Albano, para evitar así nombrarle prefecto de Roma, como parecía obligado caso

aut esse Romae Latinarum diebus. Cur enim non praeficitur urbi,
4 si potest sequi fratrem suum in montem? Habes nostras, mea Liuia, sententias, quibus placet semel de tota re aliquid constitui, ne semper inter spem et metum fluctuemur. Licebit autem, si uoles, Antoniae quoque nostrae des hanc partem epistulae huius legen-
5 dam.» Rursus alteris litteris: «Tiberium adulescentem ego uero, dum tu aberis, cotidie inuitabo ad cenam, ne solus cenet cum suo Sulpicio et Athenodoro. Qui uellem diligentius et minus μετεώρως deligeret sibi aliquem, cuius motum et habitum et incessum imitaretur. Misellus ἀτυχεῖ· nam ἐν τοῖς σπουδαίοις, ubi non aberrauit eius animus, satis apparet ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εὐγένεια.» Item tertiis
6 litteris: «Tiberium nepotem tuum placere mihi declamantem potuisse, peream nisi, mea Liuia, admiror. Nam qui tam ἀσαφῶς loquatur, qui possit cum declamat σαφῶς dicere quae dicenda sunt,
7 non uideo.» Nec dubium est, quid post haec Augustus constituerit, cum reliquerit eum nullo praeter auguralis sacerdotii honore impertitum ac ne heredem quidem nisi inter tertios ac paene extraneos e parte sexta nuncuparet, legato quoque non amplius quam octingentorum sestertiorum prosecutus.

5 Tiberius patruus petenti honores consularia ornamenta detulit; sed instantius legitimos flagitanti id solum codicillis rescripsit,

---

4 fluctuemur *MG* : fluctuemus *cett.* • **6** Rursus — litteris *omisit* **b** • **7** ne] nec *MG* • **9** deligeret *MΠB* : delegeret *RS* delegerit *L* diligeret *GQTA om. P* deligerent *Burmannus Oudendorpius* • **10** nam *Roth* : ναμ *codd.* λίαν *uel* πάνυ *uulg.* • **11-12** Item — litteris *omisit G* **b** • **16** cum reliquerit *Bentley* : et reliquerit *codd. Ihm* cum et reliquerit *Oudendorpius* ut reliquerit *Smilda Ailloud* qui reliquerit *Stephanus* • **17** inter tercios **b** : intertios *(uel* -cios) *cett.* in tertiis *et tum* extraneis *Bentley* • **18** e *ed. Rom. II* : ne *codd.* ex *Stephanus cf. infra 6, 2* • parte sexta] partes extra *G POSTL*² partes exta *A sed* r *s. scr.* • nuncuparet] nuncuparit *Stephanus* • legato quoque *Ernestus* : legatoque (-taque *G*) *codd. Ihm* legato *Torrentius* • **19** octingentorum] octogintorum *M* • prosecutus] prosecutus sit *Stephanus*

5 **21** flagitanti] flagitandi *M*

latinas. ¿Por qué, en tal caso, no debería ser nombrado prefecto de Roma, si está en condiciones de acompañar a su hermano al monte? Tal es, querida Livia, mi opinión; con ella he querido fijar 4
de una vez para siempre algunos de mis puntos de vista sobre el problema en su conjunto, para no fluctuar siempre entre la esperanza y el miedo. Puedes, si quieres, dar a leer también a nuestra querida Antonia [1] esta parte de mi carta.» En otra carta vuelve a 5
escribir: «Durante tu ausencia, invitaré todos los días a comer al joven Tiberio, para que no coma solo con sus inseparables Sulpicio y Atenodoro. ¡Cuánto daría para que escogiera con más cuidado y con menos precipitación a un compañero de quien pudiera imitar el porte, los modales y los movimientos! El infeliz es poco afortunado, pues en los asuntos graves, cuando su ánimo no se extravía, deja ver a todas luces la nobleza de su alma.» En una
tercera carta dice: «No salgo de mi asombro, querida Livia, te 6
lo aseguro, que tu nieto Tiberio haya podido deleitarme al pronunciar una declamación. La verdad es que no acierto a explicarme cómo un hombre, que en la conversación se expresa en forma tan oscura, pueda, cuando declama, decir tan claramente las cosas que deben decirse». No existe duda alguna sobre la deci- 7
sión que posteriormente tomó Augusto, pues no le impartió ningún cargo público, salvo el de sacerdote augural, y le instituyó únicamente como heredero de tercer grado, casi como un extraño, y sólo por la sexta parte de la herencia, asignándole únicamente un legado que no rebasaba los ochocientos mil sestercios.

Cuando pidió a su tío Tiberio [2] las magistraturas, éste le con- 5
firió las insignias consulares; pero, como reclamara con mucha

de quedarse en la ciudad; pero Augusto argumenta que si se le considera capacitado para acompañar a su hermano no resultaría justificado vetar su nombramiento de prefecto de Roma.

1 La madre de Claudio.

2 Tiberio era hermano de Druso y por tanto tío de Claudio.

quadraginta aureos in Saturnalia et Sigillaria misisse ei. Tunc demum abiecta spe dignitatis ad otium concessit, modo in hortis et suburbana domo, modo in Campaniae secessu delitescens, atque ex contubernio sordidissimorum hominum super ueterem segnitiae notam ebrietatis quoque et aleae infamiam subiit. Cum interim, quamquam hoc modo agenti, numquam aut officium hominum aut reuerentia publice defuit.

6 Equester ordo bis patronum eum perferendae pro se legationis elegit, semel cum deportandum Romam corpus Augusti umeris suis ab consulibus exposceret, iterum cum oppressum Seianum apud eosdem gratularetur; quin et spectaculis aduenienti assurgere
2 et lacernas deponere solebat. Senatus quoque, ut ad numerum sodalium Augustalium sorte ductorum extra ordinem adiceretur, censuit et mox ut domus ei, quam incendio amiserat, publica impensa restitueretur, dicendaeque inter consulares sententiae ius esset. Quod decretum abolitum est, excusante Tiberio imbecillitatem eius ac damnum liberalitate sua resarturum pollicente. Qui tamen moriens et in tertiis heredibus eum ex parte tertia nuncupa-

---

1 sigillaria *L²AB recc. (edd. Rom. Ven. I)* : sigillari *cett.* • **3** suburbana domo modo **a** : suburbana modo domo *M* suburbana domo *A* suburbanis modo *G* suburbano modo Π *a. corr. Q* suburbano modo domo (in domo *B*) modo Π²*RB* • delitescens] delitiscens *MLP²QA Ihm dubitanter* • **5** Cum interim *nouum caput incipit in M quod sequuntur uett. edd. Ailloud sed Torrentius Ihm incipiunt fortasse rectius ab* equester *(l. 8)* • cum] tum *G* cui *B-Crusius* • **7** reuerentia] reuertenti a *M a. corr.* • publice] publica *TB recc. uulg.*

6 **8** legationis] legationi *Bentley* • **10** exposceret *recc.* : exposcerent *codd.* exposceretur *Casaubonus* • **12** lacernas Π²*TA recc.* : lucernas *cett.* • **13** ductorum] doctorum *MT (a. corr.)* • **14** incendio amiserat] incendiomiserat *M* • **15** sententiae ius] sententiae eius *M* sententia eius *GR* • **16/17** imbecillitatem eius] imbecillitatem **a** • **17** resarturum *Q² recc. uulg.* : resarsurum (resaus- ΠA) *codd. plerique edd. in quibus Ihm*

insistencia las magistraturas efectivas, Tiberio se limitó a contestarle con una nota, en la que decía que le había enviado cuarenta piezas de oro para las fiestas saturnales y sigilarias.[1] Entonces, abandonando toda esperanza de hacer carrera política, se entregó al ocio viviendo oscuramente, ya en los jardines y en la casa que poseía en los suburbios, ya ocultándose en una villa apartada de Campania; y, como consecuencia de su trato asiduo con hombres de la más baja estofa, a más de su antigua reputación de imbecilidad, se granjeó la vergonzosa fama de borracho y jugador. Sin embargo, a pesar de su conducta, no le faltó nunca ni la consideración de los hombres ni el respeto general.

6 El estamento ecuestre[2] le eligió dos veces como portavoz para transmitir un mensaje en su nombre: la primera cuando solicitaron de los cónsules la oportuna autorización para trasladar a Roma, sobre sus hombros, el cadáver de Augusto; la segunda para congratularse cerca de los mismos por la caída de Sejano; más aún, a la entrada de Claudio a los espectáculos, acostumbraban a ponerse de pie y quitarse los mantos. El propio senado tomó el acuerdo de 2 incorporarle, a título extraordinario, al colegio de los sacerdotes de Augusto,[3] a pesar de que la elección se hacía siempre por sorteo, y, en otra ocasión, reconstruirle con cargo al erario la casa que un incendio le había devastado y reconocerle el derecho de exponer su parecer en el turno reservado a los ex cónsules. Mas Tiberio revocó estos acuerdos, alegando su debilidad mental y prometiendo que le resarciría a sus expensas de la pérdida que le había ocasionado el incendio. A pesar de todo, al morir, le nombró

---

1 Las fiestas *sigillaria* se celebraban después de las *saturnalia* (el veintiuno y veintidós de diciembre) Se las designaba con este nombre porque era costumbre enviar estatuillas (*sigilla*) como regalos.

2 Claudio pertenecía a este estamento.

3 Había sido instituido por Tiberio para venerar la memoria de Augusto.

tum, legato etiam circa sestertium uicies prosecutus commendauit insuper exercitibus ac senatui populoque R(omano) inter ceteras necessitudines nominatim.

7 Sub Gaio demum fratris filio secundam existimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligente honores auspicatus consulatum gessit una per duos menses, euenitque ut primitus ingredienti cum fascibus forum praeteruolans aquila dexteriore umero consideret. Sortitus est et de altero consulatu in quartum annum; praeseditque nonnumquam spectaculis in Gai uicem, adclamante populo: «Feliciter» partim «patruo imperatoris» partim «Germanici fratri!».

8 Nec eo minus contumeliis obnoxius uixit. Nam et si paulo serius ad praedictam cenae horam occurrisset, non nisi aegre et circuito demum triclinio recipiebatur, et quotiens post cibum addormisceret, quod ei fere accidebat, olearum aut palmularum ossibus incessebatur, interdum ferula flagroue uelut per ludum excitabatur a copreis. Solebant et manibus stertentis socci induci, ut repente expergefactus faciem sibimet confricaret.

9 Sed ne discriminibus quidem caruit. Primum in ipso consulatu, quod Neronis et Drusi fratrum Caesaris statuas segnius locandas

---

7 **10** patruo] paruo λ. patruo *M* • partim] partem *M*

8 **14/15** addormisceret] obdormisceret *ed. Bon. 1488* • **16** ferula flagroue] ferulae flagro **b** • **17** copreis] capreis **a** *AB cf. Tib. 61, 6*

9 **19** Primum] primo *M*

entre sus herederos de tercer grado por la tercera parte de la herencia, gratificándole con un legado de cerca de dos millones de sestercios; además le recomendó explícitamente entre sus allegados, a los ejércitos, al senado y al pueblo romano.

7 Por último, durante el reinado de Gayo, hijo de su hermano, el cual en los inicios de su reinado procuraba hacerse popular con toda suerte de halagos, inició su carrera política asumiendo el consulado con Gayo durante dos meses[1] y se dio el caso que la primera vez que entró en el foro con las haces, un águila, que volaba cerca de él, se posó sobre su hombro derecho. Le correspondió luego por sorteo un segundo consulado para cuatro años más tarde. Presidió alguna vez los espectáculos sustituyendo a Gayo y el pueblo le recibía con grandes aclamaciones, gritando unos «¡Viva el tío del emperador!» y otros «¡Viva el hermano de Germánico!».

8 Mas no por ello se vio libre de vejaciones. En efecto, si se presentaba algo más tarde de la hora señalada para la cena, con grandes dificultades y sólo después de haber dado la vuelta al comedor encontraba sitio donde acomodarse, y, cuando después de comer descabezaba algún sueño, cosa que le ocurría con frecuencia, le molestaban echándole huesos de aceituna o dátiles, y a menudo los bufones lo despabilaban, como se hace con los niños en la escuela, con la palmeta o el látigo. También solían, mientras dormitaba, ponerle en las manos unas sandalias de mujer, para que al despertarse súbitamente se frotara con ellas el rostro.

9 Se vio también expuesto a graves peligros. El primero durante su propio consulado, pues poco faltó para que Calígula le exonerara de su rango, reprochándole haber procedido con poco celo

[1] En el año 37. Cf. Calig., 15, 2.

ponendasque curasset, paene honore summotus est; deinde extraneo uel etiam domesticorum aliquo deferente assidue uarieque inquietatus. Cum uero detecta esset Lepidi et Gaetulici coniuratio, missus in Germaniam inter legatos ad gratulandum etiam uitae periculum adiit, indignante ac fremente Gaio patruum potissimum ad se missum quasi ad puerum regendum, adeo ut non defuerint, qui traderent praecipitatum quoque in flumen, sic ut uestitus aduenerat.
2 Atque ex eo numquam non in senatu nouissimus consularium sententiam dixit, ignominiae causa post omnis interrogatus. Etiam cognitio falsi testamenti recepta est, in quo et ipse signauerat. Postremo sestertium octogies pro introitu noui sacerdotii coactus impendere, ad eas rei familiaris angustias decidit, ut cum obligatam aerario fidem liberare non posset, in uacuum lege praediatoria uenalis pependerit sub edicto praefectorum.

10 Per haec ac talia maxima aetatis parte transacta quinquagesimo anno imperium cepit quantumuis mirabili casu. Exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Gai, cum quasi secretum eo desiderante turbam submouerent, in diaetam, cui nomen est Hermaeum, recesserat; neque multo post rumore caedis exterritus prorepsit ad so-
2 larium proximum interque praetenta foribus uela se abdidit. La-

---

12 decidit] recidit *Bentley*

10 **17** desiderante **b** *A* : desideranti *MG* **a** (desideranti eo *T*) • **19/20** solarium] scolarium *ML (a. corr.) PRS*

al emplazar y erigir las estatuas de Nerón y Druso, hermanos del emperador. Luego vivió en continuo sobresalto a causa de las denuncias de toda índole que contra él formulaban no sólo extraños, sino incluso personas de su propio servicio. Finalmente, cuando se descubrió la conspiración de Lépido y Getúlico[1] y fue enviado a Germania junto con otros legados para felicitar al emperador, su propia vida se halló en peligro, pues Gayo se indignó y enfureció por haberle sido enviado precisamente su tío, como si fuera un niño al que fuera preciso vigilar,[2] hasta el extremo que, según el testimonio de algunos escritores, hizo echar a Claudio de cabeza al río[3] con el mismo vestido que llevaba puesto a su llegada. Y a partir 2
de aquel momento fue el último de todos los ex cónsules en votar en el senado, pues para humillarle era el último a quien consultaban. Incluso se admitió que se instruyera un proceso por falsificación de un testamento avalado con la firma del propio Claudio. Finalmente, obligado a pagar ochenta millones de sestercios para poder ingresar en un colegio sacerdotal recientemente instituido, se vio envuelto en tales dificultades económicas que, no pudiendo cumplir las obligaciones contraídas con el erario, sus bienes fueron puestos a la venta en virtud de un edicto de los intendentes del fisco, de conformidad con la ley reguladora de las expropiaciones.

Habiendo pasado la mayor parte de su vida en medio de estas **10**
y otras vicisitudes, alcanzó el poder a los cincuenta años de edad, en virtud de un golpe de fortuna realmente extraordinario. Cuando los conjurados contra Gayo obligaron a la multitud a retirarse bajo el pretexto de que el emperador deseaba estar a solas, Claudio se alejó a una habitación llamada Hermeo. Poco después, atemorizado por el rumor del asesinato, se arrastró hasta la galería pró-

1 Sobre Lépido cf. infra 24, 3. Sobre Getúlico cf. Galba 6, 2 y Calíg. 8.
2 Tenía, en efecto, veintidós años más que Calígula.
3 El Rin.

tentem discurrens forte gregarius miles, animaduersis pedibus, e studio sciscitandi quisnam esset, adgnouit extractumque et prae *metu* ad genua sibi adcidentem imperatorem salutauit. Hinc ad alios commilitones fluctuantis nec quicquam adhuc quam frementis perduxit. Ab his lecticae impositus et, quia sui diffugerant, uicissim succollantibus in castra delatus est tristis ac trepidus, miserante
3 obuia turba quasi ad poenam raperetur insons. Receptus intra uallum inter excubias pernoctauit, aliquanto minore spe quam fiducia. Nam consules cum senatu et cohortibus urbanis forum Capitoliumque occupauerant asserturi communem libertatem; ac-citusque et ipse per tr(ibunos) pl(ebis) in curiam ad suadenda quae
4 uiderentur, ui se et necessitate teneri respondit. Verum postero die et senatu segniore in exequendis conatibus per taedium ac dissensionem diuersa censentium et multitudine, quae circumsta-bat, unum rectorem iam et nominatim exposcente, armatos pro contione iurare in nomen suum passus est promisitque singulis qui-na dena sestertia, primus Caesarum fidem militis etiam praemio pigneratus.

1/2 e studio (ex stud- *T*) *codd. Ailloud* : et studio *Politianus* eius studio *Bentley* studio *G Madvig et plerique edd. in quibus Ihm* • **2** adgnouit *Ailloud Ihm* : agnouit *TB recc.* adcognouit (acc- GII²R) *cett. (cf. Aug. 65,4)* • **12/13** Verum — senatu] postero — senatu **b** • **15** exposcente] eum poscente *Casaubonus* • armatos ΠQ : armatus *cett. sic et tum* iurari *Bentley* • **17** militis] milites *MGR* multis Π uel militi militis *T*

xima y se ocultó entre los pliegues de la cortina que cubría la puerta. Por casualidad, mientras permanecía allí escondido, un sol- 2
dado raso que corría de un lado a otro, vio unos pies y movido por la curiosidad de saber quién era, lo reconoció, y le obligó a salir de su escondite y, al arrodillarse Claudio a sus plantas, sobrecogido por el miedo, le saludó dándole el título de emperador. Luego, lo llevó por la fuerza a presencia de sus camaradas que no sabían qué partido tomar y que por el momento se limitaban a vociferar. Éstos lo colocaron en una litera, pero, como los encargados de su acarreo se habían dispersado a la desbandada, la cargaron sobre sus hombros por turno y lo transportaron a sus cuarteles, sumido en el pánico y el terror, y provocando la conmiseración de los transeúntes que creían que era un inocente a quien se llevaba por la fuerza para ejecutarlo. Introducido en el interior de los cuarteles, 3
pasó la noche ⟨en el cuerpo de guardia⟩ entre los centinelas, con bastante menos esperanza que confianza.[1] En efecto, los cónsules con el senado y las cohortes urbanas habían ocupado el foro y el Capitolio, con el propósito de restablecer la libertad pública. También Claudio fue invitado por los tribunos de la plebe a que se presentara a la curia para proponer las medidas que estimase más oportunas, pero Claudio contestó que estaba retenido por la fuerza y la coacción. Mas, al día siguiente, como el senado se mos- 4
trara más remiso en llevar a la práctica sus planes por el tedio y la discrepancia de pareceres, y como la multitud que rodeaba ⟨la curia⟩ pidiera a voz en grito un solo jefe e hiciera oír el nombre de Claudio, éste consintió que los soldados armados y en formación le prestasen juramento de fidelidad y prometió a cada uno de ellos quince mil sestercios, con lo cual fue el primer emperador que recurrió al soborno para asegurarse el apoyo de los soldados.

---

1 «Con bastantes menos esperanzas (de escapar del peligro) que confianza (en ser nombrado emperador).»

11 Imperio stabilito nihil antiquius duxit quam ib biduum, quo de mutando rei p(ublicae) statu haesitatum erat, memoriae eximere. Omnium itaque factorum dictorumque in eo ueniam et obliuionem in perpetuum sanxit ac praestitit, tribunis modo ac centurionibus paucis e coniuratorum in Gaium numero interemptis, exempli simul causa et quod suam quoque caedem depoposcisse
2 cognouerat. Conuersus hinc ad officia pietatis ius iurandum neque sanctius sibi neque crebrius instituit quam per Augustum. Auiae Liuiae diuinos honores et circensi pompa currum elephantorum Augustino similem decernenda curauit; parentibus inferias publicas, et hoc amplius patri circenses annuos natali die, matri carpentum, quo per circum duceretur, et cognomen Augustae ab uiua recusatum. At in fratris memoriam per omnem occasionem celebratam comoediam quoque Graecam Neapolitano certamine do-
3 cuit ac de sententia iudicum coronauit. Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum ac sine grata mentione transmisit, testatus quondam per edictum, tanto impensius petere se ut natalem patris Drusi celebrarent, quod idem esset et aui sui Antoni. Tiberio marmoreum arcum iuxta Pompei theatrum, decretum quidem olim a

---

11 **3** dictorumque] dictorumue G. Oros. *VII, 6, 4 (cf. infra 13, 2)* • **4** ac] a *M* • **5** e coniuratorum] coniuratorum *MG* **a** *B* ex coniura- *coniecit Ihm* • **7** Conuersus hinc] conuersis hunc *M* • **8** Auiae Liuiae] auiae *M Bentley* • **12** quo **a** *AB* : quod *cett.* • uiua *Lipsius* : auia *codd.* • **13-14** At in fratris memoriam — celebratam *coniecit Ihm (cf. Hermes 40, p. 185) sed locum cruce distinxit* : ad fratris memoriam — celebratam **b** *B* a fratris memoria — celebratam *MG* **a** (-riam *T in ras.*) *A* At fratris memoria — celebrata *Preud'homme Bentley (qui* eius *post* quoque *addit) Ailloud* • **15/14** docuit] dedit *ed. Bon. 1493* • **18/19** marmoreum arcum] marmoreo marcum *M*

11 Consolidado el poder imperial, nada le preocupó tanto como borrar del recuerdo de todos, aquellos dos días en que se había pensado cambiar la forma de gobierno del estado. En consecuencia, concedió una amnistía total y completa por todo cuanto se había hecho y dicho durante aquel lapso de tiempo y cumplió su palabra; en realidad, no hizo ejecutar más que a unos pocos tribunos y centuriones de entre los que habían conspirado contra Gayo, y ello tanto para que sirviera de escarmiento como porque sabía que habían reclamado también con insistencia su propia cabeza. 2 Prestó luego su atención a sus deberes para con sus familiares y acordó que su juramento más solemne y más frecuente sería el que hiciera invocando el nombre de Augusto.[1] Hizo que se concedieran a su abuela Livia honores divinos y una carroza tirada por elefantes,[2] en el desfile que precedía a los juegos circenses, parecida a la de Augusto; a sus progenitores exequias públicas y, además, a su padre unos juegos anuales, que debían celebrarse en el circo el día de su cumpleaños, y a su madre una carroza para transportar en ella su imagen a lo largo del circo, así como el título de Augusta, que había declinado en vida. Además, en memoria de su hermano,[3] encomiado por él en cuantas ocasiones se le presentaban, hizo representar una comedia griega en un certamen celebrado en Nápoles y, de acuerdo con el veredicto del jurado, le otorgó la corona de la victoria. 3 No dejó ni siquiera a Marco Antonio[4] sin honores y sin un grato recuerdo, pues en una ocasión hizo saber, por medio de un edicto, que el motivo por el que recababa tan insistentemente que se celebrase el natalicio de su padre Druso, se debía a que coincidía con el de su abuelo Antonio. Hizo

1 O sea que al jurar diría: «¡Por Augusto!».

2 Para transportar su imagen.

3 Germánico.

4 Era su abuelo materno, pues su hija, Antonia la menor, casó con Druso y de este matrimonio nació Claudio.

senatu uerum omissum, peregit. Gai quoque etsi acta omnia rescidit, diem tamen necis, quamuis exordium principatus sui, uetuit inter festos referri.

12 At in semet augendo parcus atque ciuilis praenomine Imperatoris abstinuit, nimios honores recusauit, sponsalia filiae natalemque geniti nepotis silentio ac tantum domestica religione transegit. Neminem exulum nisi ex senatus auctoritate restituit. Vt sibi in curiam praefectum praetori tribunosque militum secum inducere liceret utque rata essent quae procuratores sui in iudicando statuerent, 2 precario exegit. Ius nundinarum in priuata praedia a consulibus petit. Cognitionibus magistratuum ut unus e consiliariis frequenter interfuit; eosdem spectacula edentis surgens et ipse cum cetera turba uoce ac manu ueneratus est. Tr(ibunis) pl(ebis) adeuntibus se pro tribunali excusauit, quod propter angustias non posset 3 audire eos nisi stantes. Quare in breui spatio tantum amoris fauorisque collegit, ut cum profectum eum Ostiam perisse ex insidiis nuntiatum esset, magna consternatione populus et militem quasi proditorem et senatum quasi parricidam diris execrationibus incessere non ante destiterit, quam unus atque alter et mox plures a

---

1 Gai] gaio *M* gaii *GRS²B* • **3** inter festos] interfectos *ML (a. corr.)* Π *(a. corr.)* interfastos *(et s. scr.* uel e **m**. *1) G*

12 **4** At] et **a** *AB* • **8** militum] militumq: *M* • **11** petit] petiit **b′** *PAB* • **14** se pro] pro se *M* • **15** eos] eo *M* • **19** incessere] incessent *M om. G* incessens *Bentley*

terminar el arco de mármol en honor de Tiberio junto al teatro de Pompeyo, decretado hacía mucho tiempo por el senado, pero cuya ejecución había sido diferida. Revocó, es cierto, todos los decretos de Gayo, pero no consintió que fuese declarado festivo el día en que fue asesinado, a pesar de coincidir con el inicio de su gobierno.

12 Fue parco y modesto en acumular honores para él y así se abstuvo de usar el título de emperador; rehusó los honores excesivos y celebró en la intimidad y con una simple fiesta familiar los esponsales de su hija[1] y el nacimiento de su nieto.[2] No rehabilitó a ningún desterrado a no ser a propuesta del senado. Recabó con ruegos que le permitiesen hacerse escoltar en la curia por el prefecto del pretorio y los tribunos militares y que tuviesen fuerza de ley las sentencias pronunciadas por los procuradores del fisco en su nombre. 2 Solicitó de los cónsules autorización para celebrar mercados en sus fincas particulares. Intervenía con frecuencia, como si fuera un consejero de tantos, en las causas instruidas por los magistrados; cuando éstos ofrecían espectáculos, también él se ponía de pie, como todos los espectadores, y los recibía respetuosamente con aclamaciones y aplausos. En una ocasión en que los tribunos de la plebe se acercaron a él, que se hallaba sentado en un tribunal, se excusó de que, a causa de la falta de sitio, sólo pudiera oírles permaneciendo ellos de pie. 3 Por esta forma de actuar se granjeó en poco tiempo tanto amor y popularidad que, en una ocasión en que corrió la voz de que en uno de sus viajes a Ostia había perecido en una emboscada, el pueblo, hondamente consternado, lanzó toda clase de improperios contra los soldados, tachándoles de traidores, y contra los senadores, acusándoles de homicidas, hasta

[1] Octavia, a la que prometió en matrimonio a Lucio Junio Silano en el año 41.

[2] Hijo de su hija Antonia, casada con Fausto Sila. Cf. cap. 27.

magistratibus in rostra producti saluum et appropinquare confirmarent.

13 Nec tamen expers insidiarum usque quaque permansit, sed et a singulis et per factionem et denique ciuili bello infestatus est. E plebe homo nocte media iuxta cubiculum eius cum pugione deprehensus est; reperti et equestris ordinis duo in publico cum dolone ac uenatorio cultro praestolantes, alter ut egressum theatro, 2 alter ut sacrificantem apud Martis aedem adoreretur. Conspirauerunt autem ad res nouas Gallus Asinius et Statilius Coruinus, Pollionis ac Messalae oratorum nepotes, assumptis compluribus libertis ipsius atque seruis. Bellum ciuile mouit Furius Camillus Scribonianus Delmatiae legatus; uerum intra quintum diem oppressus est, legionibus, quae sacramentum mutauerant, in paenitentiam religione conuersis, postquam, denuntiato ad nouum imperatorem itinere, casu quodam ac diuinitus neque aquila ornari neque signa conuelli mouerique potuerunt.

14 Consulatus super pristinum quattuor gessit; ex quibus duo primos iunctim, sequentis per interuallum quarto quemque anno, semenstrem nouissimum, bimenstris ceteros, tertium autem nouo circa principem exemplo in locum demortui suffectus. Ius et consul

---

1/2 confirmarent] confirmant *L* festinarent Π affirmarent *recc. Roth*

13 3 sed et a **b** *A* : etaeta *M* et a **G a** (*sic Bentley delens l. 4* est) *B* • 5 nocte *GRL²S²* : noctu *MΠQ* **a** *AB* • 8 adoreretur *MQ* : adoriretur (adorar- Π *a. corr.*) *cett.* • 9 Gallus **a** *A* : gallius *cett.* • 10 Pollionis] polionis *MG* • Messalae] massalae *M* **b** (Π *a. corr.*) • 15 ac] an *Torrentius* • aquila] *om. G* aquilae Oros. *VII 6, 7 Roth* • 16 mouerique] moueriue Oros. *ibid.*

14 17 duo *M* : duos *cett. codd.* • 18 primos] primus *MG*

que los magistrados hicieron comparecer en la tribuna de los oradores, primero a un testigo, luego a otro y finalmente a muchos que aseguraron que estaba sano y salvo y que se aproximaba ⟨a Roma⟩.

13 A pesar de todo, no siempre se vio libre de acechanzas, antes por el contrario se ensañaron contra él individuos aislados, una conjuración e incluso una guerra civil. Un hombre de la plebe fue detenido a media noche junto a su dormitorio con un puñal; también fueron apresados, confundidos entre el público, dos miembros del estamento ecuestre que estaban al acecho para atentar contra su vida, el primero con un estoque a la salida de un teatro, el segundo con un cuchillo de caza mientras ofrecía un sacrificio junto al templo de Marte. Tramaron conspiración para destronarle Galo 2 Asinio y Estatilio Corvino, nietos de los oradores Polión y Mesala, secundados por muchos libertos y esclavos del propio Claudio. Provocó una guerra civil Furio Camilo Escriboniano, gobernador de Dalmacia, pero a los cinco días pereció asesinado por las propias legiones que le habían prestado juramento de fidelidad, pues éstas se arrepintieron a impulsos de un escrúpulo supersticioso; en efecto, al recibir la orden de ponerse en camino para reunirse con su nuevo emperador, por un azar o por voluntad de los dioses, no pudieron ni adornar una de las águilas, ni arrancar y mover del suelo los estandartes.

14 Además de su primer consulado,[1] desempeñó otros cuatro;[2] los dos primeros en años sucesivos, los otros dos con un intervalo de cuatro años. El último lo ejerció seis meses, los otros sólo durante dos. Asumió el tercero para cubrir la vacante ocasionada por el fallecimiento de uno de los cónsules, hecho éste sin precedentes tratándose de un emperador. Lo mismo cuando era cónsul que

1 Cf. cap. 7, 1.

2 En los años 42, 43, 47 y 51.

et extra honorem laboriosissime dixit, etiam suis suorumque diebus sollemnibus, nonnumquam festis quoque antiquitus et religiosis. Nec semper praescripta legum secutus duritiam lenitatemue multarum ex bono et aequo, perinde ut adficeretur, moderatus est; nam et iis, qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones et in maiore fraude conuictos legitimam poenam supergressus ad bestias condemnauit.

15 In cognoscendo autem ac decernendo mira uarietate animi fuit, modo circumspectus et sagax, interdum inconsultus ac praeceps, nonnumquam friuolus amentique similis. Cum decurias rerum actu expungeret, eum, qui dissimulata uacatione quam beneficio liberorum habebat responderat, ut cupidum iudicandi dimisit; alium interpellatum ab aduersariis de propria lite negantemque cognitionis rem sed ordinari iuris esse, agere causam confestim apud se coegit, proprio negotio documentum daturum, quam
2 aequus iudex in alieno negotio futurus esset. Feminam non agnoscentem filium suum, dubia utrimque argumentorum fide, ad confessionem compulit indicto matrimonio iuuenis. Absentibus secun-

---

1 et extra] extra **a** *A* • **2** sollemnibus] solemnis *M* **b** *(Q a. corr.)*

15 **11** actu] actui *Baumgarten-Crusius* • expungeret] expunget *M* expungetur Π *(a. corr.)* *Q* • uacatione] uocatione *MG* • **14** sed *om. M a. corr.*

cuando no lo era, administraba justicia con el máximo celo, incluso en los días de sus cumpleaños o en los de sus familiares, a veces hasta en los días tradicionalmente festivos y de mal augurio. No siempre se atenía a los términos estrictos de las leyes, pues a veces modificaba su rigor o benignidad, inspirándose en los principios de derecho natural, según cual era en aquel momento su estado de ánimo; así, por ejemplo, permitió que ejercitaran de nuevo la acción legal aquellos que habían decaído de su derecho ante jueces privados, por haber pedido más de lo que la ley permitía; en cambio, condenó a las fieras, agravando la sanción prevista por las leyes, a los convictos de delitos particularmente graves.

15 En la instrucción de los procesos y en las sentencias fue de una veleidad de ánimo realmente desconcertante, ora sagaz y circunspecto, ora torpe e impulsivo, a veces sin sentido de responsabilidad y procediendo como un demente. En una ocasión en que depuraba las decurias [1] para proceder al nombramiento de jueces, tachó de la lista, por considerarlo interesado en el desempeño de este cargo, a un miembro del orden ecuestre que había contestado afirmativamente al ser llamado, sin mencionar que se hallaba exento por el número de hijos. En otra ocasión, interpelado un juez por la parte contraria sobre un proceso que afectaba al emperador y habiendo contestado que la cuestión no correspondía a la jurisdicción imperial sino a la ordinaria, Claudio dispuso que la causa se viera inmediatamente ante su propio tribunal, para que de este modo pudiera demostrar, en un asunto propio, hasta qué punto sería imparcial en los pleitos ajenos. Una mujer se negaba a reco- 2 nocer como propio a un hijo suyo, pero Claudio, en vista que no

[1] Para la instrucción de las *quaestiones perpetuae* existían cuatro decurias de jurados, integradas respectivamente por senadores, caballeros, tribunos del erario y *ducenarii*, o ciudadanos de la tercera clase. Los miembros de estas decurias eran elegidos por los emperadores.

dum praesentes facillime dabat, nullo dilectu culpane quis an aliqua necessitate cessasset. Proclamante quodam praecidendas falsario manus, carnificem statim acciri cum machaera mensaque lanionia flagitauit. Peregrinitatis reum orta inter aduocatos leui contentione, togatumne an palliatum dicere causam oporteret, quasi aequitatem integram ostentans, mutare habitum saepius et prout
3 accusaretur defendereturue, iussit. De quodam etiam negotio ita ex tabella pronuntiasse creditur: secundum eos se sentire, qui uera proposuissent. Propter quae usque eo euiluit, ut passim ac propalam contemptui esset. Excusans quidam testem a prouincia ab eo uocatum negauit praesto esse posse dissimulata diu causa, ac post longas demum interrogationes: «Mortuus est», inquit, «puto, licuit». Alius gratias agens quod reum defendi pateretur, adiecit: «Et tamen fieri solet». Illud quoque a maioribus natu audiebam, adeo causidicos patientia eius solitos abuti, ut discedentem e tribunali non solum uoce reuocarent, sed et lacinia togae retenta, interdum
4 pede apprehenso detinerent. Ac ne cui haec mira sint, litigatori

---

1 dilectu] dilecto (*s. scr.* u) *M* delectu **b** *B* • culpane quis] culpa nequis *M* culpae nequis *G* **b** culpam nequis **a** • an *Stephanus* : in *codd.* • 2 cessasset] cessasse *M* • praecidendas] praecidandas *M (a. corr.)* *om. G* • 5 contentione *MQ*^{2} : contentatione *G* **b**(*Q a. corr.)* concertatione **a** *AB* • an palliatum] ampalleatum *M* an palleatum **a**' Π *(a. corr.) Q* • 6 et prout] prout *Baumgarten-Crusius et G. Becker* • 15 e] et *M*

podía sacarse nada en claro de la prueba testifical, la obligó a declarar la verdad, forzándola a casarse con él. Dictaba sentencias con gran facilidad en favor de los presentes y en contra de los ausentes, sin pararse a considerar si el pleiteante había dejado de comparecer por su culpa o por causa justificada. En una ocasión en que un litigante vociferaba que debían cortarse las manos a un falsificador, exigió que compareciera en seguida el verdugo con el cuchillo y el banquillo del suplicio. Habiéndose originado una fútil discusión entre los letrados sobre si un individuo, acusado de haber usurpado la ciudadanía romana, debía comparecer ante el tribunal vestido con la toga [1] o con el palio, para poner de manifiesto su absoluta imparcialidad, dispuso que se cambiara alternativamente de vestido, según si hacía uso de la palabra el acusador o el defensor. También se cuenta que en un proceso hizo público, 3
después de consultar sus notas, el siguiente veredicto: «Fallo en favor de aquellos que han declarado la verdad». A causa de estas extravagancias se desacreditó hasta el punto de convertirse en el hazmerreír de todos. Un individuo disculpaba a un testigo hecho venir por Claudio desde una provincia, afirmando que no le había sido posible comparecer, pero silenciando obstinadamente la causa; a la postre, después de un largo interrogatorio, dijo: «Ha muerto, creo que está en su derecho». Otro, al dar las gracias a Claudio por permitirle que defendiera ⟨a un acusado⟩, añadió: «Después de todo, esto es lo habitual». Por si fuera poco muchas veces he oído contar a personas de edad que los abogados abusaban hasta tal extremo de su paciencia que no sólo, cuando se retiraba del tribunal, le llamaban a grandes gritos para que se quedara, sino que incluso le retenían sujetándole por el borde de la toga y hasta a veces le agarraban por el pie. Y para que nadie repute 4
como inverosímil todo esto, recordaré que a un insignificante grie-

1 Sólo los ciudadanos romanos tenían derecho a llevar la toga.

Graeculo uox in altercatione excidit: « Καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρός ». Equitem quidem Romanum obscenitatis in feminas reum, sed falso et ab impotentibus inimicis conficto crimine, satis constat, cum scorta meritoria citari aduersus se et audiri pro testimonio uideret, graphium et libellos, quos tenebat in manu, ita cum magna stultitiae et saeuitiae exprobratione iecisse in faciem eius, ut genam non leuiter perstrinxerit.

16 Gessit et censuram intermissam diu post Plancum Paulumque censores; sed hanc quoque inaequabiliter uarioque et animo et euentu. Recognitione equitum iuuenem probri plenum, sed quem pater probatissimum sibi affirmabat, sine ignominia dimisit, habere dicens censorem suum; alium corruptelis adulteriisque famosum nihil amplius quam monuit, ut aut parcius aetatulae indulgeret aut certe cautius; addiditque: «Quare enim ego scio, quam amicam habeas?». Et cum orantibus familiaribus dempsisset cuidam appo-
2 sitam notam: «Litura tamen», inquit, «extet». Splendidum uirum Graeciaeque prouinciae principem, uerum Latini sermonis ignarum, non modo albo iudicum erasit, sed in peregrinitatem redegit. Nec quemquam nisi sua uoce, utcumque quis posset, ac sine patrono rationem uitae passus est reddere. Notauitque multos, et quosdam inopinantis et ex causa noui generis, quod se inscio ac sine commeatu Italia excessissent; quendam uero et quod comes regis in

---

1 εἶ] OI *MLS* • **6** et saeuitiae] saeuitiae *M* saeuitiaeque *G* • iecisse] fecisse *ML (a. corr.) P* ferisse L^2

16 **9** inaequabiliter] inaequaliter **b** inaequabili *Bentley* • **14** ego *s. scr. in M* • **21** causa] causis **a** *AB* • se inscio] se in socio *MGL* sine inscio P • **22** Italia] Italiae *M*

go que litigaba se le escaparon, en el calor de la discusión, estas palabras: «También tú eres viejo y necio». Es cosa bien sabida que un caballero romano, acusado de atentar contra el pudor de las mujeres, pero sin fundamento, pues la acusación había sido amañada por sus enemigos, hombres de pocos escrúpulos, viendo que vulgares rameras habían sido citadas para deponer contra él y que su testimonio era considerado como válido, prorrumpió en denuestos contra Claudio llamándole cruel e imbécil y le lanzó contra el rostro el punzón y las tablillas que tenía en la mano, con tanta fuerza que le causó heridas de una cierta gravedad en la mejilla.

16 Ejerció también la censura, cargo largo tiempo vacante al cesar en dicho cargo los censores Planco y Paulo; [1] mas también actuó en forma desigual y con ánimo y resultados contradictorios. Al pasar revista a los caballeros dejó marchar, sin imponerle ninguna nota desfavorable, a un joven de conducta reprobable, pero cuyo padre afirmaba que estaba muy satisfecho con él, diciendo que ya tenía su propio censor. A otro, muy conocido por su depravación y por sus adulterios, se limitó simplemente a aconsejarle que no cediera a los impulsos de su edad o que por lo menos procediera con más cautela, y añadió: «¿Qué necesidad hay que yo sepa quién es tu amiga?». Y en otra ocasión, al borrar a instancias de sus familiares la nota de infamia impuesta a un individuo exclamó: «A pesar de todo quedará la señal de haberse borrado». No sólo tachó de la 2 lista de los jurados, sino que incluso privó del derecho de ciudadanía a un gran personaje, figura muy destacada de la provincia de Grecia, por el delito de no saber latín. No consintió que nadie rindiera cuentas de su vida, a no ser con su propia voz, como pudiera y sin ayuda de ningún abogado. Degradó a muchos, a algunos sin que se lo esperaran, y por motivos sin precedentes como,

[1] Planco y Paulo cesaron en sus cargos el año 22 a. C. Claudio lo asumió el 48 d. C.

prouincia fuisset, referens, maiorum temporibus, Rabirio Postumo Ptolemaeum Alexandriam crediti seruandi causa secuto crimen
3 maiestatis apud iudices motum. Plures notare conatus, magna inquisitorum neglegentia sed suo maiore dedecore, innoxios fere repperit, quibuscumque caelibatum aut orbitatem aut egestatem obiceret, maritos, patres, opulentos se probantibus; eo quidem, qui sibimet uim ferro intulisse arguebatur, inlaesum corpus ueste de-
4 posita ostentante. Fuerunt et illa in censura eius notabilia, quod essedum argenteum sumptuose fabricatum ac uenale ad Sigillaria redimi concidique coram imperauit; quodque uno die XX edicta proposuit, inter quae duo, quorum altero admonebat, ut uberi uinearum prouentu bene dolia picarentur; altero, nihil aeque facere ad uiperae morsum quam taxi arboris sucum.

17 Expeditionem unam omnino suscepit eamque modicam. Cum decretis sibi a senatu ornamentis triumphalibus leuiorem maiestati principali titulum arbitraretur uelletque iusti triumphi decus, unde adquireret Britanniam potissimum elegit neque temptatam

---

6 eo quidem] uno quidem *Burmannus* et quodam *Juste-Lipsius* • **7** sibimet uim ferro] sibi metu uim ferro *M* **b** sibi ferro metum (-um *per comp.*) *G* • **10** quodque] quoque *M*

17 **15** maiestati] maiestate *Sabellicus in comm. ed. Ven. 1490* • **16** principali *recc. (ed. Bon. 1488)* : principalem (-em *corr. ex* -im S) *codd.* principis talem *Torrentius* • **17** unde adquireret] unde acquirere *recc.* undeunde acquirere *Gronovius (ex* OROS. *VII 6, 9)*

por ejemplo, haberse ausentado de Italia sin comunicárselo [1] y sin su autorización; e incluso a uno por haber aceptado en una provincia la hospitalidad de un rey, alegando que en tiempos de sus antepasados se había promovido un juicio de lesa majestad contra Rabirio Póstumo por haber seguido a Ptolemeo a Alejandría para cobrarse una deuda. Intentó degradar a otros muchos ciudadanos, 3
pero a causa de la extrema negligencia de sus agentes, los inculpados fueron hallados casi siempre inocentes, con lo cual se ponía aún más en evidencia; se daba, en efecto, el caso que a aquellos a quienes acusaba de celibato, de no tener hijos, o de indigencia, demostraban estar casados, ser padres de familia o disfrutar de una posición holgada; ocurrió incluso una vez que un individuo a quien acusaba de haber intentado suicidarse con la espada, se quitó los vestidos y mostró su cuerpo ileso. He aquí algunos otros hechos 4
peregrinos en el ejercicio de su censura: ordenó comprar una carroza de plata lujosamente fabricada y que se exhibía para la venta en el barrio de los Sigilarios [2] y a continuación dispuso que la hicieran añicos en su presencia; en un solo día promulgó veinte edictos, en uno de ellos aconsejaba que embrearan bien los toneles, pues se esperaba que la vendimia sería ubérrima, y en otro advertía que ningún remedio era tan eficaz contra las mordeduras de las serpientes como el jugo del tejo.

Emprendió únicamente una sola expedición, y ésta de escasa **17**
importancia. El senado le había otorgado las insignias triunfales, pero juzgando este honor inferior a la dignidad imperial y, deseando la gloria de un triunfo legítimo,[3] escogió a Bretaña como la

1 Se trataba de magistrados. Cf. Tib., 31, 1.

2 Se llamaba así este barrio porque en él vivían los fabricantes de estatuillas, a los que se ha aludido en el capítulo 5, nota 1.

3 El triunfo legítimo se otorgaba en virtud de un éxito militar obtenido en guerra exterior con un mínimo de cinco mil bajas enemigas.

ulli post Diuum Iulium et tunc tumultuantem ob non redditos
2 transfugas. Huc cum ab Ostia nauigaret, uehementi circio bis paene demersus est, prope Liguriam iuxtaque Stoechadas insulas. Quare a Massilia Gesoriacum usque pedestri itinere confecto inde transmisit ac, sine ullo proelio aut sanguine intra paucissimos dies parte insulae in deditionem recepta, sexto quam profectus erat
3 mense Romam rediit triumphauitque maximo apparatu. Ad cuius spectaculum commeare in urbem non solum praesidibus prouinciarum permisit, uerum etiam exulibus quibusdam; atque inter hostilia spolia naualem coronam fastigio Palatinae domus iuxta ciuicam fixit, traiecti et quasi domiti Oceani insigne. Currum eius Messalina uxor carpento secuta est; secuti et triumphalia ornamenta eodem bello adepti, sed ceteri pedibus et in praetexta, M. Crassus Frugi equo phalerato et in ueste palmata, quod eum honorem iterauerat.

18 Vrbis annonaeque curam sollicitissime semper egit. Cum Aemiliana pertinacius arderent, in diribitorio duabus noctibus mansit ac

---

2 Ostia] Hostia *MVLOS (a. corr.) TQR* • **3** Stoechadas *recc. ed. Ven. I* : stochadas *MG* **b** *B* stocadas **a** *A* • **4** a *add. in M m. 1 deleuit Graevius* • Gesoriacum] gessoriacum **a** *AB fort. scribendum* Gaesor- *coni. Ihm* • **11** traiecti] traiecto *ML (a. corr.) P* • **12/14** eodem — palmata *om.* **b** • **13** praetexta (prae- *per comp.*) M. *G* : praetextam *M* pretexta **a** *B om. A*

región más adecuada para proporcionárselo, pues nadie se había preocupado de ella con posterioridad al divino Julio y andaba a la sazón muy soliviantada, porque no le habían sido devueltos unos tránsfugas.[1] Embarcó,[2] pues, en Ostia para dirigirse a ella por mar, 2
pero en dos ocasiones estuvo a punto de naufragar a causa de un violento vendaval que soplaba del noroeste, primero junto a la costa de Liguria, luego en las proximidades de las islas Estécadas.[3] Por este motivo prosiguió el viaje desde Marsella por tierra hasta Gesoriaco,[4] desde donde cruzó el mar; y sin librar ninguna batalla ni sufrir ninguna baja, en el transcurso de unos pocos días, aceptó la rendición de una parte de la isla y, a los seis meses de su partida, se hallaba ya de regreso en Roma en donde celebró su triunfo con gran pompa. Para que pudiesen presenciar este espectáculo, 3
autorizó a desplazarse a Roma no sólo a los gobernadores de las provincias, sino que también a algunos desterrados, e hizo colocar en la parte superior del palacio imperial, entre el botín arrebatado del enemigo, una corona naval y otra cívica como símbolo de que había cruzado el mar y de que casi lo había sojuzgado. Mesalina, su esposa, seguía a su carroza montada en un coche, le seguían también los generales agraciados en aquella guerra con las insignias triunfales, pero todos a pie y vistiendo la toga pretexta, tan sólo M. Craso Frugi cabalgaba un caballo enjaezado y vestía un traje adornado con bordados en forma de hojas de palmera, por ser ésta la segunda vez que le era otorgado este honor.

Prestó siempre la máxima atención al avituallamiento de Roma. **18**
Cuando el barrio Emiliano[5] se vio afligido por un voraz y persis-

1 Se trata probablemente de los prófugos mencionados en Calígula, cap. 44.

2 En el año 43 d. C.

3 Actualmente llamadas Hyères.

4 Actualmente Boulogne-sur-Mer.

5 Aunque existen ciertas dudas sobre el emplazamiento de este barrio,

deficiente militum ac familiarum turba auxilio plebem per magistratus ex omnibus uicis conuocauit ac positis ante se cum pecunia fiscis ad subueniendum hortatus est, repraesentans pro opera dig-
2 nam cuique mercedem. Artiore autem annona ob assiduas sterilitates detentus quondam medio foro a turba conuiciisque et simul fragminibus panis ita infestatus, ut aegre nec nisi postico euadere in Palatium ualuerit, nihil non excogitauit ad inuehendos etiam tempore hiberno commeatus. Nam et negotiatoribus certa lucra proposuit suscepto in se damno, si cui quid per tempestates accidisset, et naues mercaturae causa fabricantibus magna commoda cons-
19 tituit pro condicione cuiusque: ciui uacationem legis Papiae Poppaeae, Latino ius Quiritium, feminis ius IIII liberorum; quae constituta hodieque seruantur.

20 Opera magna potius et necessaria quam multa perfecit, sed uel praecipua: ductum aquarum a Gaio incohatum, item emissa-

---

18 **7** excogitauit *TB recc.* : ex eo excog- *recc.* ex eo cogita- *cett.* ex eo agitauit *Bentley* • inuehendos] inueniendos **a** *RAB*

19 **11** ciui *Turnebus* : ciuis *codd.* ciuibus *recc.* • **11/12** Poppaeae] poppeae (-ae *per comp.*) **b** *A* pompeae *M* **a** *B* pompeiae (-ae *per comp.*) *G* • **12** Latino] latine L^2PSTAB latinis *recc. Beroaldus*

20 **14** potius et necessaria quam multa *proponit Ihm sed locum cruce distinxit* : potius quam necessaria quam multa (necessaria multa Π *a. corr. Q*) *codd.* potiusque necessaria quam multa *ed. Rom. II Roth* potius necessariaque quam multa *Madvig Ailloud* potius ac necessaria quam multa *Bentley* • **15** ductum aquarum] aquae ductum ΠR ductum *Q*

tente incendio, pasó dos noches en el local destinado al recuento [1] de los votos, y como resultara insuficiente el número de soldados y esclavos de que disponía, encargó a los magistrados que convocasen a la plebe de todos los distritos y, después de colocar a su alcance cestas llenas de dinero, exhortó a todos a prestar ayuda, pagando en dinero contante y sonante una cantidad en consonancia con los servicios de cada uno. En otra ocasión, en que se produjo 2
una gran escasez de víveres como consecuencia de varias malas cosechas consecutivas, la multitud lo detuvo en medio del foro, le cubrió de improperios, al mismo tiempo que le arrojaba mendrugos de pan, con tanta agresividad que sólo a duras penas logró ponerse a salvo, entrando en el palacio por una puerta de servicio. Después de este incidente, recurrió a todos los medios para asegurar los suministros de Roma, incluso durante los meses de invierno. Para lograrlo aseguró a los proveedores una ganancia mínima, haciéndose cargo de las pérdidas que pudieran experimentar a causa de los temporales, y concediendo importantes prerrogativas a los armadores de naves de carga de acuerdo con su respectiva posición social: a los ciudadanos romanos, la exención de la ley Papia Po- **19**
pea; [2] a los latinos, los derechos de ciudadanía romana; a las mujeres, los privilegios de las madres [3] de cuatro hijos. Estas disposiciones son observadas incluso hoy en día.

Las obras públicas que realizó fueron más importantes y nece- **20**
sarias que numerosas. He aquí las principales: el acueducto que

---

parece, no obstante, que estaba situado en el norte de la ciudad, al otro lado del muro de Servio.

1 Este local llamado *diribitorium* estaba situado en el campo de Marte.

2 Esta ley, de la que fue autor M. Papio Mutilo, preveía sanciones contra los célibes y los matrimonios sin hijos; fue promulgada en el año 9 d. C. Cf. Aug., 34.

3 Se alude a las libertas. Entre otros privilegios podían otorgar testamento sin precisar de la autorización de su patrono.

rium Fucini lacus portumque Ostiensem, quamquam sciret ex iis alterum ab Augusto precantibus assidue Marsis negatum, alterum a Diuo Iulio saepius destinatum ac propter difficultatem omissum. Claudiae aquae gelidos et uberes fontes, quorum alteri Caeruleo, alteri Curtio et Albudigno nomen est, simulque riuum Anienis noui lapideo opere in urbem perduxit diuisitque in plurimos et
2 ornatissimos lacus. Fucinum adgressus est non minus compendii spe quam gloriae, cum quidam priuato sumptu emissuros se repromitterent, si sibi siccati agri concederentur. Per tria autem passuum milia partim effosso monte partim exciso canalem absoluit aegre et post undecim annos, quamuis continuis XXX hominum
3 milibus sine intermissione operantibus. Portum Ostiae extruxit circumducto dextra sinistraque brachio et ad introitum profundo iam solo mole obiecta; quam quo stabilius fundaret, nauem ante demersit, qua magnus obeliscus ex Aegypto fuerat aduectus, congestisque pilis superposuit altissimam turrem in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent.

21 Congiaria populo saepius distribuit. Spectacula quoque complura et magnifica edidit, non usitata modo ac solitis locis, sed et

---

5 Albudigno] Albudino *uulg.* (FRONTIN. aq. 14) • **6** noui] nouo **a** *AB* • **7** Fucinum] facinum *M* • **9/10** passuum] passus *MGL* • **10** effosso *S recc.* : exfossa *M* exfosso *GLP* **b** *AB omisit* (*et etiam* monte partim) *T* ecfosso *Roth* • **11** continuis *deleuit Burmannus uel legendum* annos continuos quamuis *putat* • **12** Ostiae] ostia *MLPOS* • **14** solo] salo *Stephanus Roth* • **16/17** Alexandrini] Alexandrinae *Beroaldus* • **17** dirigerent] derigerent *proponit Ihm dubitanter*

Gayo había ya comenzado,[1] el canal de desagüe del lago Fucino y el puerto de Ostia; y ello a pesar de que sabía que Augusto se había negado a emprender la segunda de estas obras, desatendiendo los constantes requerimientos de los marsos, y que el divino Julio[2] había proyectado muchas veces acometer la primera, pero que había desistido a causa de las dificultades que ofrecía. Por medio de un acueducto nuevo de piedra hizo llegar a Roma y distribuyó, en muchas y magníficas albercas, las fuentes frescas y abundantes del agua Claudia, conocidas con el nombre de la fuente Cerúlea, Curcia y Albudigna, respectivamente, y con ellas un ramal del río Anio. Emprendió los trabajos del lago Fucino, mo- 2
vido más por la esperanza de lucro que de gloria, ya que algunos propietarios se comprometieron a vaciarlo a sus expensas si les reconocía en propiedad los terrenos desecados. A duras penas y sólo al cabo de once años llevó a término la construcción del canal que tenía tres millas de longitud, a pesar de que trabajaban sin parar en la obra treinta mil obreros escalonados a lo largo del canal, unos perforando y otros rebajando el monte. Construyó el 3
puerto de Ostia levantando dos diques, el uno a la derecha y el otro a la izquierda, en forma de un arco de circo, y, en la entrada del mismo, ya en alta mar, erigió un malecón, y para que sus cimientos fueran más sólidos, hizo sumergir la nave que había traído de Egipto el gran obelisco,[3] apoyó sobre ella muchos pilares y los coronó con una torre altísima parecida al faro de Alejandría, para que las naves dirigieran su derrotero hacía las hogueras que brillaban en ella durante la noche.

Distribuyó con frecuencia al pueblo sumas de dinero. Ofreció, **21**
asimismo, muchos y magníficos espectáculos, no sólo los tradicio-

1 Cf. Calig., 21. 2 Cf. Caes., 44, 3.

3 Calígula lo había hecho traer de Heliópolis (Egipto), y actualmente se levanta en la plaza de San Pedro de Roma.

commenticia et ex antiquitate repetita, et ubi praeterea nemo ante eum. Ludos dedicationis Pompeiani theatri, quod ambustum restituerat, e tribunali posito in orchestra commisit, cum prius apud superiores aedes supplicasset perque mediam caueam sedentibus
2 ac silentibus cunctis descendisset. Fecit et Saeculares, quasi anticipatos ab Augusto nec legitimo tempori reseruatos, quamuis ipse in historiis suis prodat, intermissos eos Augustum multo post diligentissime annorum ratione subducta in ordinem redegisse. Quare uox praeconis irrisa est inuitantis more sollemni ad ludos, quos nec spectasset quisquam nec spectaturus esset, cum superessent adhuc qui spectauerant, et quidam histrionum producti olim tunc quoque
3 producerentur. Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnumquam interiecta per quinos missus uenatione. Circo uero maximo marmoreis carceribus auratisque metis, quae utraque et tofina ac lignea antea fuerant, exculto, propria senatoribus

---

21 **10** spectasset] spectasse *M* • **14/15** et tofina] tofina *Madvig* • **15** ac lignea] adignea *M (a. corr.)* et lignea *TB* • antea] ante ea (e *expuncta) M* ante *QT*

nales y en los lugares de costumbre, sino también otros de su invención o exhumados de la antigüedad y en donde nadie con anterioridad a él los había celebrado. Presidió los juegos ofrecidos con motivo de la inauguración del teatro de Pompeyo, que habiendo sido pasto de las llamas él había hecho reconstruir, desde un palco situado en la platea; antes, sin embargo, había ofrecido un sacrificio en los templos que había en la parte alta,[1] desde donde descendió, atravesando las gradas, mientras el público permanecía sentado y en silencio. Celebró también los juegos seculares bajo 2
el pretexto que Augusto [2] los había anticipado y no había esperado a que se cumpliera el plazo tradicional, a pesar de que él mismo, en sus 'Historias', declara que Augusto, después de una larga interrupción, volvió a la postre a instaurarlos a su debido tiempo después de un cómputo cuidadoso de los años. Por este motivo fue objeto de muchas burlas el anuncio del pregonero que, de acuerdo con una fórmula tradicional, invitaba a unos juegos «que nadie había visto ni volvería a ver», pues vivían todavía muchos que los habían visto, y algunos actores que habían participado en la anterior representación fueron presentados de nuevo en escena. Organizó también con frecuencia juegos circenses incluso en el monte Vaticano, intercalando de vez en cuando una cacería de fieras después de cada cinco carreras. Adornó luego el circo Máximo con 3
barreras de mármol[3] y metas[4] de oro en sustitución de las anti-

[1] Pompeyo había emplazado el templo de *Venus Victrix* en la parte alta del teatro, adonde se llegaba a través de los asientos del auditorio que iban elevándose gradualmente. En la ya citada cúpula había también altares dedicados a la Virtud, la Felicidad y el Amor. Cf. PLIN. nat. hist., 8, 20.

[2] Cf. Aug., 31, 4. Entre los juegos seculares celebrados por ambos emperadores mediaron sólo setenta y cuatro años.

[3] Compartimentos cerrados por barreras, uno para cada carro que tomaba parte en la carrera. Estaban situados a la misma distancia del punto de partida. Al ir a empezar la carrera se levantaban estas barreras.

[4] En medio de la pista se elevaba una plataforma baja llamada *spina*,

constituit loca promiscue spectare solitis; ac super quadrigarum certamina Troiae lusum exhibuit et Africanas, conficiente turma equitum praetorianorum, ducibus tribunis ipsoque praefecto; praeterea Thessalos equites, qui feros tauros per spatia circi agunt
4 insiliuntque defessos et ad terram cornibus detrahunt. Gladiatoria munera plurifariam ac multiplicia exhibuit: anniuersarium in castris praetorianis sine uenatione apparatuque, iustum atque legitimum in Saeptis; ibidem extraordinarium et breue dierumque paucorum, quodque appellare coepit sportulam, quia primum daturus edixerat, uelut ad subitam condictamque cenulam inui-
5 tare se populum. Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat, adeo ut oblatos uictoribus aureos prolata sinistra pariter cum uulgo uoce digitisque numeraret ac saepe hortando rogandoque ad hilaritatem homines prouocaret, 'dominos' identidem appellans, immixtis interdum frigidis et arcessitis iocis; qualis est ut cum Palumbum postulantibus daturum se promisit, si captus esset. Illud plane quantumuis salubriter et in tempore:

---

2 exhibuit et] exhibuit. Exhibuit et **b** • **6** plurifariam *R recc.* : plurifaria (-pharia *S*) *M* **a** ΠQ*AB* multi- *G* • **9** quodque] quodquod *M* quotquot *G* quod *Bücheler* • **10** daturus edixerat *ed. Basil. 1533* : daturum se dixerat (-ant **b**) *codd.* • condictamque] dictamque **b** • **15** arcessitis] accersitis *GΠ (a. corr.) QPSTAB* • iocis] locis *MG* **a** *AB* • **16** qualis est *deleuit Bentley* • ut cum] cum *recc.* uel cum *Bücheler* • **17** Illud] illud quoque Π *(uulg.) A*

guas de madera o piedra de toba respectivamente y reservó asientos especiales para los senadores, los cuales antes solían presenciar los espectáculos mezclados con los otros espectadores; y, además de las carreras de cuádrigas, presentó la cabalgata troyana,[1] y fieras africanas que eran abatidas por un escuadrón de caballería pretoriana al mando de sus tribunos y de su propio prefecto, así como también jinetes tesalianos que acosaban a toros salvajes en la arena del circo y saltaban sobre su dorso cuando estaban cansados y sujetándolos por los cuernos los derribaban. Ofreció com- 4
bates de gladiadores muchos en número y en lugares diversos: cada año, uno en los cuarteles pretorianos, pero sin fieras ni boato; otro, completo y con todos los requisitos, en el cercado de las elecciones; allí mismo otro, fuera de serie, breve, de unos pocos días, al que designó con un nombre nuevo, *Sportula*,[2] porque la primera vez, a punto ya de ofrecerlo, comunicó por medio de un edicto que invitaba al pueblo a una, por así decir, cena improvisada y sin formalidades. En ningún otro espectáculo se mostró tan llano y afable 5
como en éste, hasta el punto que, extendiendo la mano izquierda, contaba en voz alta y con los dedos, haciendo coro al pueblo, las monedas de oro ofrecidas a los vencedores y con frecuencia con sus exhortaciones y sus ruegos provocaba la hilaridad de los espectadores, llamándoles continuamente 'señores', y permitiéndose a menudo juegos de palabras insulsos y rebuscados, así por ejemplo, como el público reclamara a un gladiador llamado Palomo, prometió que lo haría comparecer si conseguía apresarlo. En cambio,

---

la cual terminaba en sus extremos en tres pilares cónicos o *metae* en torno a los cuales debían girar los carros.

[1] Cf. Caes., 39, 2.

[2] Las *sportulae* (diminutivo de *sporta*) eran unas cestas pequeñas con provisiones que los patronos repartían a sus clientes; por extensión emplea Claudio esta palabra queriendo significar con ello unos juegos de corta duración.

cum essedario, pro quo quattuor fili deprecabantur, magno omnium fauore indulsisset rudem, tabulam ilico misit admonens populum, quanto opere liberos suscipere deberet, quos uideret et gladiatori
6 praesidio gratiaeque esse. Edidit et in Martio campo expugnationem direptionemque oppidi ad imaginem bellicam et deditionem Britanniae regum praeseditque paludatus. Quin et emissurus Fucinum lacum naumachiam ante commisit. Sed cum proclamantibus naumachiariis: «Haue imperator, morituri te salutant!» respondisset: «Aut non!» neque post hanc uocem quasi uenia data quisquam dimicare uellet, diu cunctatus an omnes igni ferroque absumeret, tandem e sede sua prosiluit ac per ambitum lacus non sine foeda uacillatione discurrens partim minando partim adhortando ad pugnam compulit. Hoc spectaculo classis Sicula et Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium singulae, exciente bucina Tritone argenteo, qui e medio lacu per machinam emerserat.

22 Quaedam circa caerimonias ciuilemque et militarem morem, item circa omnium ordinum statum domi forisque aut correxit aut exoleta reuocauit aut etiam noua instituit. In cooptandis per colle-

---

3 deberet] debere *M* • **5** deditionem] editionem *M* **a** *AB* • **8** Haue] aue ΠQ*LST* • **9** aut non] autem non *S* an non *G* auete uos *recc.* • **10** uellet] uellent *MG*Π *(a. corr.)* • omnes] omines *M* homines **a** *AB* • **12** uacillatione *recc.* : bacillatione *codd.* • **14** duodenarum] quinquagenarum *Casaubonus (ex* Cassio Dione, LX 33, 3) *lacunam statuunt alii* • exciente ΠR : eiciente *cett.* • bucina] bucinam **a**

fue en extremo oportuna y atinada la siguiente observación: había concedido la espada de madera[1] a un gladiador que luchaba desde un carro y en favor del cual habían intercedido sus cuatro hijos, y, como su decisión fuera acogida con grandes aplausos, hizo circular entre los espectadores una tablilla haciéndoles presente con cuánto afán debían procurar tener hijos puesto que, como veían, habían sido para aquel gladiador su mejor protección y defensa. Escenificó 6
también en el campo de Marte la toma y saqueo de una ciudad en forma que fuera fiel trasunto de la realidad, así como la rendición de los reyes de Britania, presidiendo estas representaciones cubierto con el manto de los generales. Además, antes de proceder al desagüe del lago Fucino, ofreció una naumaquia, y los combatientes le saludaron con la fórmula de ritual: «Salve, emperador, los que van a morir te saludan» y como él replicase: «Tal vez no», ninguno de ellos al oír esta respuesta quiso combatir, pues la interpretaron como un indulto. Ante esta situación, Claudio permaneció largo tiempo indeciso, pensando si no debía acabar con todos ellos a sangre y fuego, pero, a la postre, descendió de un salto de su tribuna corriendo con sus ridículos y descompasados andares de un lado a otro por todas las orillas del lago, hasta que los decidió a fuerza de ruegos y amenazas a combatir. Trabaron combate en esta representación una flota de Sicilia y otra de Rodas, de doce trirremes cada una, y las señales eran dadas por medio de la trompeta de un tritón de plata que, valiéndose de un mecanismo, habían hecho surgir del centro del lago.

Por lo que atañe a las ceremonias religiosas, a las costumbres **22**
civiles y militares y a la organización de todas las clases sociales así en Roma como en el extranjero, corrigió varios abusos, restableció algunas prácticas caídas en desuso, e instituyó otras nuevas. Cuando debía proceder al nombramiento de nuevos sacerdotes en

[1] Símbolo de la libertad.

gia sacerdotibus neminem nisi iuratus nominauit; obseruauitque sedulo, ut quotiens terra in urbe mouisset, ferias aduocata contione praetor indiceret, utque dira aue in Capitolio uisa obsecratio haberetur, eamque ipse iure maximi pontificis pro rostris populo praeiret summotaque operariorum seruorumque turba.

23 Rerum actum diuisum antea in hibernos aestiuosque menses coniunxit. Iuris dictionem de fidei commissis quotannis et tantum in urbe delegari magistratibus solitam in perpetuum atque etiam per prouincias potestatibus demandauit. Capiti Papiae Poppaeae legis a Tiberio Caesare, quasi sexagenarii generare non possent, 2 addito obrogauit. Sanxit ut pupillis extra ordinem tutores a consulibus darentur, utque ii, quibus a magistratibus prouinciae interdicerentur, urbe quoque et Italia summouerentur. Ipse quosdam nouo exemplo relegauit, ut ultra lapidem tertium uetaret egredi ab urbe. De maiore negotio acturus in curia medius inter consulum sellas tribunicio subsellio sedebat. Commeatus a senatu peti solitos benefici sui fecit.

---

22 **3** aue *Roth* : aut *MGLPA* aut in urbe aut *cett.* aui *Turnebus* • **4** pontificis] pontificis commonito **b** pontificis commonente (-uente *TB*) *SOTB* • **5** summotaque] summota *G Bentley*

23 **10** legis] legi *Bentley* • **11** addito] edicto **a** *AB* • obrogauit] abrogauit *GTAB* • **16** tribunicio subsellio *codd. Roth Ihm Preud'homme* : tribunicioue subsellio *Mommsen Ailloud* sella uel tribunicio subsellio *proponit Smilda* (*ex* CASSIO DIONE *LX 16, 3* ἐν μέσῳ τῶν ὁπάτων ἐπὶ δίφρου ἀρχικοῦ ἢ καὶ ἐπὶ βάθρου)

las distintas cofradías, no nombraba nunca a ninguno sin obligarle antes a prestar juramento; cuidaba con la máxima diligencia que el pretor urbano, siempre que se hacía sentir en Roma un terremoto, convocara una asamblea del pueblo y anunciara fiestas expiatorias, y que, si se dejaba ver en el Capitolio un pájaro de mal augurio, se recitasen plegarias públicas para conjurarlo y el texto de esta plegaria era él quien primero lo leía desde lo alto de la tribuna de los senadores en su cualidad de pontífice máximo, para que el pueblo lo repitiera, pero antes ordenaba que se alejasen todos los trabajadores y esclavos.

23 Dispuso que se celebrasen todos los meses las vistas de las causas que antes se instruían únicamente en los meses de invierno y de verano. La jurisdicción sobre los fideicomisos que, según la tradición, sólo se delegaba por años y únicamente a los magistrados, la confirió a perpetuidad y la hizo extensiva a los gobernadores de las provincias. Derogó un artículo que Tiberio César había añadido a la ley Papia Popea,[1] partiendo del supuesto que los sexagenarios no podían procrear hijos. Decretó que los cónsules pudie- 2
ran asignar, contraviniendo las normas tradicionales, tutores de los huérfanos, y que aquellos a quienes los magistrados habían prohibido el acceso a las provincias, fuesen también expulsados de Roma y de Italia. Él mismo desterró a algunos con una nueva forma de destierro, prohibiéndoles alejarse de Roma más allá del tercer miliario. Cuando se disponía a tratar en el senado algún asunto de particular importancia, tomaba asiento en el banco tribunicio en medio de las sillas curules de los dos cónsules. Se reservó como prerrogativa suya la concesión de permisos para salir de viaje, permisos que antes se solían solicitar del senado.

---

1 Cf. cap. 19.

24 Ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis indulsit. Senatoriam dignitatem recusantibus equestrem quoque ademit. Latum clauum, quamuis initio affirmasset non lecturum se senatorem nisi ciuis R(omani) abnepotem, etiam libertini filio tribuit, sed sub condicione si prius ab equite R(omano) adoptatus esset; ac sic quoque reprehensionem uerens, et Appium Caecum censorem, generis sui proauctorem, libertinorum filios in senatum adlegisse docuit, ignarus temporibus Appi et deinceps aliquamdiu 'libertinos' dictos non ipsos, qui manu emitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.
2 Collegio quaestorum pro stratura uiarum gladiatorum munus iniunxit detractaque Ostiensi et Gallica prouincia curam aerari Saturni reddidit, quam medio tempore praetores aut, uti nunc, praetura
3 functi sustinuerant. Triumphalia ornamenta Silano, filiae suae sponso, nondum puberi dedit, maioribus uero natu tam multis tamque facile, ut epistula communi legionum nomine extiterit petentium,

---

24 **2/3** latum] flatum *MG* • **7** proauctorem] auctorem *recc. deleuit Bentley qui legit antea* auctorem *pro* censorem • **12** uti nunc] utique nunc *R* utique *ΠQSTB* • **15** communi *ed. Basil. 1533 recc.* : communis *codd.*

Otorgó las insignias consulares incluso a los procuradores [1] que 24
percibían doscientos mil sestercios en concepto de emolumento. A los que rehusaban la dignidad senatorial [2] les despojó también de la ecuestre. Aunque al principio de su reinado había afirmado que no elevaría a la categoría de senador a nadie que no fuera tataranieto de un ciudadano romano, concedió, no obstante, la laticlavia al hijo de un liberto, si bien le impuso la condición de que primero lo adoptara un caballero romano; pero aun así, temiendo ser objeto de censuras, recordó que también el censor Apio el Ciego, el fundador de su estirpe, había admitido en el senado a hijos de libertos; ignoraba, sin embargo, que en tiempos de Apio y luego todavía durante muchos años se designaba con el nombre de libertinos no sólo a los esclavos que habían sido manumitidos, sino que también a sus hijos nacidos ya libres. Impuso al colegio 2
de los cuestores la obligación de ofrecer un combate de gladiadores, relevándoles en cambio de la obligación de pavimentar los caminos públicos; sustrajo también de su jurisdicción las provincias de Ostia y la Galia, pero volvió a confiarles la administración del erario de Saturno,[3] que en el ínterin asumían pretores o, como ahora, ex pretores. Otorgó las insignias triunfales a Silano, prome- 3
tido de su hija, aún no púber, y las prodigó con tanta liberalidad a hombres ya entrados en años, que se conserva una carta que le fue dirigida en nombre de todas las legiones pidiéndole que tales in-

[1] Los *procuratores* eran agentes del emperador que ejercían diversas funciones administrativas, esencialmente de orden económico. Eran miembros del estamento ecuestre y se clasificaban en varias categorías según sus emolumentos anuales; en efecto, eran llamados ***trecenarii, ducenarii, centenarii*** y ***sexagenarii***, según si sus ingresos eran de 300.000 sestercios, 200.000, 100.000 o 60.000 sestercios.

[2] Los senadores no podían comerciar ni hacer negocios, de ahí la razón de que muchos rehusaran esta dignidad.

[3] El tesoro público se custodiaba en el templo de Saturno, situado en el foro.

ut legatis consularibus simul cum exercitu et triumphalia darentur, ne causam belli quoquo modo quaererent. Aulo Plautio etiam ouationem decreuit ingressoque urbem obuiam progressus et in Capitolium eunti et inde rursus reuertenti latus texit. Gabinio Secundo Cauchis gente Germanica superatis cognomen Cauchius usurpare concessit.

25 Equestris militias ita ordinauit, ut post cohortem alam, post alam tribunatum legionis daret; stipendiaque instituit et imaginariae militiae genus, quod uocatur 'supra numerum', quo absentes et titulo tenus fungerentur. Milites domus senatorias salutandi causa ingredi etiam patrum decreto prohibuit. Libertinos, qui se pro equitibus R(omanis) agerent, publicauit, ingratos et de quibus patroni quererentur reuocauit in seruitutem aduocatisque
2 eorum negauit se aduersus libertos ipsorum ius dicturum. Cum quidam aegra et adfecta mancipia in insulam Aesculapi taedio medendi exponerent, omnes qui exponerentur liberos esse sanxit, nec redire in dicionem domini, si conualuissent; quod si quis necare

---

2 ne] nec **b** • 5 Cauchius] chaucius Π Cauchi *proponit Ihm* Chaucii *uel* Chaucium *Baumgarten-Crusius* Cauchici *Bentley*

25 8 daret] deret *M* • instituit] constituit *(et tum* generi *uel* in — genus) *Bentley* • 10 domus] domos *Erasmus Roth (cf. Aug. 56 et Nero 16)*

signias se concedieran a los legados consulares en el mismo momento de tomar el mando de los ejércitos, para que no buscasen, sin reparar en los medios, un pretexto para la guerra. Concedió a Aulo Plaucio[1] los honores de una ovación y salió a recibirle cuando entró en Roma, y, tanto a la ida como al regreso del Capitolio, le dio la derecha. Autorizó a Gabinio Segundo a adoptar el sobrenombre de Cauquio por la derrota que inflingió a los caucos, una tribu germana.

25 Reorganizó la carrera militar de los caballeros, asignándoles el mando de un ala después de haber ejercido el de una cohorte y a continuación el tribunado de una legión. Instituyó diversos grados de servicio militar y una especie de milicia honoraria designada con el nombre de 'supernumeraria', para que pudiese prestarse sin ingresar en filas y sólo nominalmente. Prohibió a los soldados, incluso mediante un decreto del senado, que visitasen las casas de los senadores para ofrecerles sus respetos. Confiscó los bienes de los libertos que se hacían pasar por caballeros romanos, y redujo de nuevo a la condición de esclavos a aquellos que se mostraban ingratos o que daban motivo de queja a sus patronos, advirtiendo a los abogados que los defendían que no tomaría en consideración las eventuales quejas que ellos pudiesen formular contra sus propios libertos. Como fuese que algunos dueños dejaban abando- 2
nados en la isla de Esculapio[2] a sus esclavos cuando estaban enfermos y agotados, dispuso que todos aquellos que hubiesen sido abandonados quedasen libres y que en caso de sanar no pasasen de nuevo a la jurisdicción de sus dueños; asimismo, dispuso que si algún dueño prefería dar muerte a sus esclavos en vez de aban-

1 Había dirigido las operaciones en Britania antes de la llegada de Claudio.

2 Situada en medio del Tíber, en Roma. En la actualidad se llama isla Tiberina.

quem mallet quam exponere, caedis crimine teneri. Viatores ne per Italiae oppida nisi aut pedibus aut sella aut lectica transirent, monuit edicto. Puteolis et Ostiae singulas cohortes ad arcendos in-
3 cendiorum casus collocauit. Peregrinae condicionis homines uetuit usurpare Romana nomina dum taxat gentilicia. Ciuitatem R(omanam) usurpantes in campo Esquilino securi percussit. Prouincias Achaiam et Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam transtulerat, senatui reddidit. Lyciis ob exitiabiles inter se discordias libertatem ademit, Rhodiis ob paenitentiam ueterum delictorum reddidit. Iliensibus quasi Romanae gentis auctoribus tributa in perpetuum remisit, recitata uetere epistula Graeca senatus populique R(omani) Seleuco regi amicitiam et societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes
4 praestitisset. Iudaeos impulsore Chresto assidue tumultuantis Roma expulit. Germanorum legatis in orchestra sedere permisit, simplicitate eorum et fiducia commotus, quod in popularia deducti,

---

2 oppida] oppidi *MΠQ* • **6** Esquilino *GQTB* : Esquilinio *cett.* • **11**/ /**12** populique] populusque *MGR* • **14** Chresto] Christo *B* Oros. VII 6, 15 *et alii*

donarlos, fuese perseguido como homicida. Mediante un edicto advirtió a los viajeros que el tránsito a través de las ciudades de Italia sólo podía efectuarse a pie, en silla de mano o en litera. Acantonó dos cohortes, una en Putéolos y otra en Ostia, para atajar los peligros de los incendios. Prohibió a los hombres oriundos 3
del extranjero adoptar apellidos romanos, en especial los nombres gentilicios. Hizo decapitar con el hacha en el campo Esquilino a los que se atribuían indebidamente la ciudadanía romana. Restituyó al senado las provincias de Acaya y Macedonia que Tiberio había transferido a la administración imperial. Privó a los licios de su independencia a causa de sus sangrientas discordias intestinas, pero se la devolvió a los habitantes de Rodas por mostrarse arrepentidos de sus culpas pasadas. Declaró a los troyanos exentos a perpetuidad de todo tributo por considerarlos como fundadores del linaje romano, leyendo una antigua carta del senado y del pueblo romano, escrita en griego y dirigida al rey Seleuco, en la cual le prometía la amistad y la alianza con la sola condición de que eximiera de todo impuesto a los troyanos, sus hermanos de sangre.[1] Expulsó de Roma a los judíos, porque, instigados por Crestos,[2] pro- 4
vocaban constantes alborotos. Permitió a los enviados de los germanos que tomaran asiento en la orquesta,[3] impresionado por su

---

1 Los romanos creían que Eneas, de estirpe troyana, había desembarcado en el Lacio con un cierto número de supervivientes de la caída de Troya, y que de la fusión de éstos con los indígenas había surgido el pueblo romano; Seleuco fue uno de los generales de Alejandro el Magno, a la muerte de éste se adueñó de la satrapía de Babilonia. En el año 305 se hizo coronar rey y conquistó Siria, y en el 281 Asia Menor, convirtiéndose en soberano de un vasto imperio.

2 Pasaje muy controvertido, pues si Suetonio piensa en Jesucristo comete un error cronológico, ya que, como es sabido, fue crucificado durante el reinado de Tiberio. Cabe pensar que se refiere a otro judío llamado Crestos. Sobre este problema. Cf. PENDORF, *Bursian's Jahresbericht.*, vol. 273, pág. 68.

3 Reservada a los senadores.

cum animaduertissent Parthos et Armenios sedentis in senatu, ad eadem loca sponte transierant, nihilo deteriorem uirtutem aut condicionem suam praedicantes. Druidarum religionem apud Gallos dirae immanitatis et tantum ciuibus sub Augusto interdictam penitus aboleuit; contra sacra Eleusinia etiam transferre ex Attica Romam conatus est, templumque in Sicilia Veneris Erycinae uetustate conlapsum ut ex aerario pop(uli) R(omani) reficeretur, auctor fuit. Cum regibus foedus in foro icit porca caesa ac uetere fetialium praefatione adhibita. Sed et haec et cetera totumque adeo ex parte magna principatum non tam suo quam uxorum libertorumque arbitrio administrauit, talis ubique plerumque, qualem esse eum aut expediret illis aut liberet.

26 Sponsas admodum adulescens duas habuit: Aemiliam Lepidam Augusti proneptem, item Liuiam Medullinam, cui et cognomen Camillae erat, e genere antiquo dictatoris Camilli. Priorem, quod parentes eius Augustum offenderant, uirginem adhuc repudiauit, posteriorem ipso die, qui erat nuptiis destinatus, ex ualitudine amisit. Vxores deinde duxit Plautiam Vrgulanillam triumphali et mox

---

3 Druidarum *NA recc.* : driadarum (drya- Π²*RLS* diadra- *B*) *codd.* Dryidarum *ed. Ven. I (Roth)* • **8** icit *B recc. Sabellicus* : iecit *codd.* • **11** administrauit] ministrauit *G* a *B* • ubique] utique *Ursinus* rebus uerbisque *Polak*

26 **14** et cognomen *G* a *AB* : et cognomen et *M* cognomen et *cett.* • **15** Camillae] Calmillae *M* • quod] quodquot *M* • **16** parentes eius] parentes *M (a. corr.)* • **18** Vrgulanillam *M* : ergulanillam (uerg- *P sed* u *expuncta* erc- *GIIQ*) *cett.*

ingenuidad y arrogancia; puesto que, aposentados en las gradas destinadas al pueblo, al darse ellos cuenta que los partos y armenios estaban sentados entre los senadores, por propia iniciativa fueron a sentarse entre ellos, afirmando que su valor y rango no era en nada inferior a los de aquéllos. Abolió terminantemente entre los galos las prácticas religiosas horribles y abominables de los druidas, que Augusto se había limitado únicamente a prohibir a los ciudadanos romanos. Intentó, en cambio, transferir de Ática a Roma los misterios de Eleusis y propuso que se reconstruyera en Sicilia con cargo al tesoro público el templo de Venus Ericina,[1] derrumbado a causa de la antigüedad. Concertó alianza con algunos reyes inmolando en el foro una cerda y recitando la antigua fórmula de los feciales.[2] Mas, estas y otras medidas, y de hecho casi toda su actuación como gobernante, venía determinada más por el arbitrio de sus mujeres y de sus libertos que por el suyo propio, mostrándose en toda ocasión y momento como querían éstos que se mostrase, de acuerdo con su conveniencia o capricho.

Muy joven aún tuvo dos prometidas: Emilia Lépida,[3] bisnieta **26** de Augusto, y Livia Medulina, conocida también por el sobrenombre de Camila, del linaje del dictador Camilo; repudió a la primera, virgen aún, por haber caído sus padres[4] en desgracia cerca de Augusto; perdió a la segunda como consecuencia de haber caído enferma y morir el día mismo que había sido fijado para la boda. Contrajo luego matrimonio con Plaucia Urgulanila, cuyo padre 2

1 Así llamada porque su templo se levantaba en Erice, ciudad y monte situados al noroeste de Sicilia.

2 Un colegio de veinte sacerdotes, investidos de carácter sagrado, que comunicaban a los enemigos la declaración de guerra y concertaban alianzas. Cf. Liv. 1, 24.

3 Hija de Lucio Emilio Paulo y de Julia, nieta de Augusto.

4 El padre había participado en una conspiración contra Augusto. Cf. Aug., 19, 1, y la madre fue desterrada por su vida licenciosa.

Aeliam Paetinam consulari patre. Cum utraque diuortium fecit, sed cum Paetina ex leuibus offensis, cum Vrgulanilla ob libidinum probra et homicidii suspicionem. Post has Valeriam Messalinam, Barbati Messalae consobrini sui filiam, in matrimonium accepit. Quam cum comperisset super cetera flagitia atque dedecora C. Silio etiam nupsisse dote inter auspices consignata, supplicio adfecit confirmauitque pro contione apud praetorianos, quatenus sibi matrimonia male cederent, permansurum se in caelibatu, ac
3 nisi permansisset, non recusaturum confodi manibus ipsorum. Nec durare ualuit quin de condicionibus continuo tractaret, etiam de Paetinae, quam olim exegerat, deque Lolliae Paulinae, quae C. Caesari nupta fuerat. Verum inlecebris Agrippinae, Germanici fratris sui filiae, per ius osculi et blanditiarum occasiones pellectus in amorem, subornauit proximo senatu qui censerent, cogendum se ad ducendum eam uxorem, quasi rei p(ublicae) maxime interesset, dandamque ceteris ueniam talium coniugiorum, quae ad id tempus incesta habebantur. Ac uix uno interposito die confecit nuptias, non repertis qui sequerentur exemplum, excepto libertino quodam et altero primipilari, cuius nuptiarum officium et ipse cum Agrippina celebrauit.

27 Liberos ex tribus uxoribus tulit: ex Vrgulanilla Drusum et Claudiam, ex Paetina Antoniam, ex Messalina Octauiam et quem primo

---

2 Vrgulanilla] ergulanilla (erc- GIIQ) *codd.* • **6** dote] et dote **b** • consignata] consignati *M* • **7** quatenus] quatinus *QRSA* • **9** confodi] se confodi *POST* • **11** Paulinae] pallinae **a** *A* • **17** incesta] ingesta *MG*

27 **21** Vrgulanilla] erculanilla (herc- *L* erg- *STB*) *codd.*

había alcanzado los honores del triunfo, y más tarde con Elia Petina, hija de un ex cónsul. Se divorció de ambas, pero de Petina por diferencias de poca monta, de Urgulanila por los escándalos que provocaba su vida licenciosa y por sospecharse de ella que había cometido un homicidio. Divorciado de ésta contrajo matrimonio con Valeria Mesalina, hija de su primo Barbato Mesala; pero cuando vino en conocimiento que, además de sus liviandades e infamias, había contraído nuevas nupcias con G. Silio[1] y consignado la dote en presencia de testigos, ordenó que la ejecutaran y declaró ante los pretorianos reunidos en formación que visto el fracaso de sus matrimonios, permanecería célibe y que en caso contrario les autorizaba para que con sus propias manos le dieran muerte. Mas no perseveró mucho tiempo en este propósito y muy pronto 3
empezó a considerar la oportunidad de contraer nuevas nupcias, primero con Petina, a la que ya una vez había repudiado, luego con Lolia Paulina, esposa que había sido de G. César. Mas, Agripina, hija de su hermano Germánico, consiguió con sus carantoñas ganar su amor valiéndose para ello del derecho que tenía de besarlo y de las oportunidades que se le presentaban de acariciarlo; así pues, convenció a algunos senadores para que en la próxima reunión del senado le instaran para que se casara con ella, como si tal decisión fuera de máximo interés para el estado, y que se consideraran lícitos para todos tales matrimonios tenidos hasta entonces como incestuosos. Y, habiendo dejado transcurrir apenas un solo día, se casó con ella; pero no encontró a nadie que se aviniera a seguir aquel ejemplo, excepción hecha de un liberto y de un centurión primipilar a cuya boda asistió personalmente acompañado de Agripina.

Tuvo hijos de tres de sus esposas: de Urgulanila, Druso y Clau- **27**
dia; de Petina, Antonia; de Mesalina, Octavia y un varón, al que

[1] A pesar de estar casada todavía con Claudio.

Germanicum, mox Britannicum cognominauit. Drusum Pompeis impuberem amisit piro per lusum in sublime iactato et hiatu oris excepto strangulatum, cum ei ante paucos dies filiam Seiani despondisset. Quo magis miror fuisse qui traderent fraude a Seiano necatum. Claudiam ex liberto suo Botere conceptam, quamuis ante quintum mensem diuortii natam alique coeptam, exponi tamen
2 ad matris ianuam et nudam iussit abici. Antoniam Cn. Pompeio Magno, deinde Fausto Sullae, nobilissimis iuuenibus, Octauiam Neroni priuigno suo collocauit, Silano ante desponsam. Britannicum, uicesimo imperii die inque secundo consulatu natum sibi, paruulum etiam tum et militi pro contione manibus suis gestans et plebi per spectacula gremio aut ante se retinens assidue commendabat faustisque ominibus cum adclamantium turba prosequebatur. E generis Neronem adoptauit, Pompeium atque Silanum non recusauit modo, sed et interemit.

28 Libertorum praecipue suspexit Posiden spadonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares uiros hasta pura donauit; nec minus Felicem, quem cohortibus et alis prouinciaeque Iudaeae

---

1/2 Pompeis impuberem *Lipsius Ailloud* : pompeium puberem *codd. Ihm qui locum cruce distinxit* propemodum puberem *Vrsinus* prope iam puberem *Bentley* prope tum puberem *Bücheler* • **3** cum ei *Lipsius* : cui et *codd.* • **6** alique] aliq:* * *M* aliique *P* aliquo *S* **b** ali quoque *AB* • **9** desponsam] desponsatam *ΠRLTB (cf. Caes. 1, 1)* • **10** inque (in quo *LP*) secundo consulatu *codd.* : *deleuit Nipperdey* in Q. Secundi consulatu *Lehmann distinctionem mutauit Bücheler* • **13** ominibus *recc. edd. principes* : omnibus *codd.*

28 **16** Posiden] possiden *MS* possideni *B*

primero llamó Germánico y más tarde Británico. Perdió a Druso, todavía un niño, en Pompeya, atragantado por una pera que jugando lanzaba en el aire y luego recogía con la boca abierta, precisamente a los pocos días de haberlo prometido a una hija de Sejano; razón por la cual me sorprende aún más la especie que algunos hicieron circular de que había muerto víctima de una intriga de Sejano. A Claudia, hija en realidad de su liberto Boter, aunque había nacido cuatro meses antes de divorciarse y la había reconocido, ordenó que la arrojasen desnuda ⟨de palacio⟩ y la dejasen abandonada ante la puerta de la casa de su madre. Casó a Antonia con 2
Gn. Pompeyo Magno, luego con Fausto Sila, jóvenes ambos de la más noble alcurnia; y a Octavia con su hijastro Nerón, a pesar de haberla ya prometido a Silano. Británico nació el día vigésimo de su reinado, durante su segundo consulado.[1] Todavía en pañales, lo tomaba con frecuencia en brazos y lo recomendaba a menudo a los soldados reunidos en formación y al pueblo durante los juegos públicos, teniéndolo en su regazo o a su lado, y unía su voz a la de la multitud cuando lo aclamaban augurándole felices auspicios. Por lo que se refiere a sus yernos, adoptó a Nerón, en cambio no quiso saber nada de Pompeyo y Silano e incluso los hizo matar.[2]

28 En cuanto a sus libertos, mostró una especial predilección por el eunuco Posides, al cual, al celebrar su triunfo sobre los britanos, otorgó una lanza sin punta [3] como si fuera uno más de sus oficiales, y no fue menor su predilección por Félix, a quien confió el mando de cohortes, de escuadrones y de la provincia de Judea y a quien casó con tres reinas; y por Hárpocras, a quien otorgó el pri-

---

1 Suetonio se equivoca, o hay un error en los manuscritos, pues el vigésimo día de su consulado corresponde al doce de febrero del año 41, mientras que su segundo consulado cae en el año 42.

2 Cf. cap. 29, 1-2.

3 Polibio la cita en último lugar en la escala de las recompensas.

praeposuit, trium reginarum maritum; et Harpocran, cui lectica per urbem uehendi spectaculaque publice edendi ius tribuit; ac super hos Polybium ab studiis, qui saepe inter duos consules ambulabat; sed ante omnis Narcissum ab epistulis et Pallantem a rationibus, quos decreto quoque senatus non praemiis modo ingentibus, sed et quaestoriis praetoriisque ornamentis honorari libens passus est; tantum praeterea adquirere et rapere, ut querente eo quondam de fisci exiguitate non absurde dictum sit, abundaturum, si a duobus libertis in consortium reciperetur.

29 His, ut dixi, uxoribusque addictus, non principem se, sed ministrum egit, compendio cuiusque horum uel etiam studio aut libidine honores exercitus impunitates supplicia largitus est, et quidem insciens plerumque et ignarus. Ac ne singillatim minora quoque enumerem, reuocatas liberalitates eius, iudicia rescissa, suppositos aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos: Appium Silanum consocerum suum Iuliasque, alteram Drusi, alteram Germanici filiam, crimine incerto nec defensione ulla data occidit, item Cn. Pompeium maioris filiae uirum et Silanum minoris
2 sponsum. Ex quibus Pompeius in concubitu dilecti adulescentuli confossus est, Silanus abdicare se praetura ante IIII Kal. Ian.

---

5 ingentibus] indigentibus *MGR*

29 **10** se *deleuit Graevius edd.* • **12** impunitates] impunitate *M* impunitatem *Bentley* immunitates *Lipsius* • **14** quoque] quaeque *G* **a** Π*AB* • **17** ulla] ulli *Graevius*

vilegio de hacerse llevar en litera por Roma y de ofrecer espectáculos públicos, y, más que a éstos, otorgó su confianza a Polibio, su consejero literario, el cual con frecuencia paseaba con un cónsul a cada lado, pero apreció más que a nadie a Narciso, jefe de su cancillería, y a Palas, su intendente, hasta el extremo de consentir gustoso que ambos fuesen honrados incluso por un decreto del senado, no sólo con exorbitantes recompensas, sino que también con las insignias de los cuestores y pretores; aparte de estas mercedes amasaban y robaban sumas tan ingentes que ello dio pie a que un día en que Claudio se quejaba de la exigüidad del tesoro imperial, le contestaran atinadamente que nadaría en la abundancia si sus libertos se avenían a darle participación en los beneficios que obtenían.

29 Viendo sólo por los ojos de sus libertos y esposas, se comportaba no como un soberano, sino como un lacayo, y así repartía los cargos, los ejércitos, los indultos, las sanciones según los intereses, las simpatías o caprichos de éstos, y muchas veces sin enterarse siquiera ni saberlo. Y para no entrar en detalles de poca monta, como liberalidades anuladas, sentencias revocadas, credenciales falsificadas o tergiversadas descaradamente, recordaré sólo que dictó sentencia de muerte contra su consuegro, Apio Silano,[1] y contra las dos Julias, hija una de Druso y otra de Germánico, por acusaciones no probadas [2] y sin permitirles defenderse, así como también contra Gn. Pompeyo, casado con su hija mayor, y contra L. Silano, a quien había prometido su hija menor. Por lo que atañe a 2 estos dos, Pompeyo fue cosido a puñaladas estando en brazos de

1 Existen dudas acerca de la relación de parentesco existente entre Silano y Claudio. Séneca, en su Apocoloquintosis, le llama suegro, Suetonio, consuegro, pero Renard (*Suetone et L'Apocoloquintose*, Rev. Belg. Phil. 16 ('37), 5-13) considera que era sólo el padrastro de su futuro hijastro.

2 Fueron acusadas de adulterio. Séneca se vio envuelto en este proceso y desterrado a Córcega.

morique initio anni coactus die ipso Claudi et Agrippinae nuptiarum. In quinque et triginta senatores trecentosque amplius equites R(omanos) tanta facilitate animaduertit, ut, cum de nece consularis uiri renuntiante centurione factum esse quod imperasset, negaret quicquam se imperasse, nihilo minus rem comprobaret, affirmantibus libertis officio milites functos, quod ad ultionem
3 imperatoris ultro procucurrissent. Nam illud omnem fidem excesserit quod nuptiis, quas Messalina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis et ipse consignauerit, inductus, quasi de industria simularentur ad auertendum transferendumque periculum, quod imminere ipsi per quaedam ostenta portenderetur.

30 Auctoritas dignitasque formae non defuit ei, uerum stanti uel sedenti ac praecipue quiescenti, nam et prolixo nec exili corpore erat et specie canitieque pulchra, opimis ceruicibus; ceterum et ingredientem destituebant poplites minus firmi, et remisse quid uel serio agentem multa dehonestabant: risus indecens, ira turpior spumante rictu, umentibus naribus, praeterea linguae titubantia caputque cum semper, tum in quantulocumque actu uel maxime tremulum.

31 Valitudine sicut olim graui, ita princeps prospera usus est excepto stomachi dolore, quo se correptum etiam de consciscenda morte cogitasse dixit.

---

3 ut, cum] ut *recc. nonnulli edd.* • **5** imperasse] imperasse cum tamen **b** *A* • **8** Silio (silo *Q*) *T* **b** *AB* : sili *MGLPO* silani *S*

30 **12** ei, uerum *Bentley Oudendorpius Ailloud* : et ueterum *M* (-erum *in ras. man. 1*) *GLPA Ihm qui locum cruce distinxit* uel **b** *B uulg. om. SOTN* et ueteri uel *uel* et uerum *uel* ceterum *dett.* ei uel *Becker* ei quidem uel *Polak* • **17** umentibus] humentibus *G* **a** **b** *AB* tumentibus *Ruhnken*

su mancebo de placer y Silano fue obligado a abdicar de la pretura el día cuarto antes de las calendas de enero y a suicidarse el día mismo que se casaron Claudio y Agripina. Impartió la orden de ejecutar a treinta y cinco senadores y a más de trescientos caballeros romanos tan a la ligera que en una ocasión, al informarle un centurión, a quien había mandado matar a un ex cónsul, que sus órdenes habían sido cumplidas, Claudio afirmó que no había dado orden alguna a este respecto, pero, con todo, aprobó la ejecución, pues sus libertos le aseguraron que los soldados habían cumplido con su deber, puesto que se habían apresurado a vengar a su emperador sin esperar sus órdenes. Mas la siguiente anécdota va más 3
allá de lo verosímil: con ocasión de las nupcias que Mesalina contrajo con su amante, se dejó convencer para firmar de su propio puño y letra los capítulos matrimoniales, pues le hicieron creer que era un matrimonio simulado para alejar de su persona y hacer recaer sobre otros un peligro que presagios diversos anunciaban que se cernía sobre él.

No le faltaba autoridad ni prestancia física cuando estaba de **30**
pie, sentado y especialmente recostado. Era en efecto alto, no esmirriado, con un rostro atractivo, bellos cabellos blancos y una nuca bien moldeada; en cambio, sus rodillas, poco seguras, le fallaban cuando caminaba y muchos tics le afeaban tanto al bromear como al tratar asuntos graves: su risa era grosera, pero aún más repulsiva su cólera, pues arrojaba espuma por la boca y la nariz le goteaba; además de esto, tartamudeaba y su cabeza oscilaba de un lado a otro continuamente, en especial cuando debía prestar su atención a un asunto por insignificante que fuera.

Su salud, precaria otrora, fue excelente durante todo el tiempo **31**
de su principado, salvo unos agudos dolores de estómago, a impulso de los cuales afirma él mismo que pensó en el suicidio.

32 Conuiuia agitauit et ampla et assidua ac fere patentissimis locis, ut plerumque sesceni simul discumberent. Conuiuatus est et super emissarium Fucini lacus ac paene summersus, cum emissa impetu aqua redundasset. Adhibebat omni caenae et liberos suos cum pueris puellisque nobilibus, qui more ueteri ad fulcra lectorum sedentes uescerentur. Conuiuae, qui pridie scyphum aureum subripuisse existimabatur, reuocato in diem posterum calicem fictilem apposuit. Dicitur etiam meditatus edictum, quo ueniam daret flatum crepitumque uentris in conuiuio emittendi, cum periclitatum quendam prae pudore ex continentia repperisset.

33 Cibi uinique quocumque et tempore et loco appetentissimus, cognoscens quondam in Augusti foro ictusque nidore prandii, quod in proxima Martis aede Saliis apparabatur, deserto tribunali ascendit ad sacerdotes unaque decubuit. Nec temere umquam triclinio abscessit nisi distentus ac madens, et ut statim supino ac per somnum hianti pinna in os inderetur ad exonerandum stomachum. Somni breuissimi erat — nam ante mediam noctem plerumque uigilabat —, ut tamen interdiu nonnumquam in iure dicendo obdormisceret uixque ab aduocatis de industria uocem augentibus excitaretur. Libidinis in feminas profusissimae, marum omnino expers. Aleam studiosissime lusit, de cuius arte librum quoque emisit,

---

32 **2** sesceni] sexcenteni (sesc- *R*) **b** *TB* seceni S (*s. scr.* secenteni) sexageni *Lipsius* • **5** qui **b**' *OB* : *om. MG(at* ut *post* ueteri *addit) LPA (cf. Hermes 36, p. 295)* ut δ *Ailloud* • **8** daret] daret et *G* **b**

33 **12** ictusque] uictusque **a** *AB* uictus *N* • **17/18** uigilabat] euigilabat *Casaubonus (cf. Aug. 78, 2 Vesp. 21,* 1) • **18** interdiu *recc. Beroaldus* : interdum *codd.* inter *N* • **19** uixque] uixitque *M m. 1*

Ofreció con frecuencia suntuosos banquetes, por lo regular en 32
lugares muy espaciosos, hasta el punto que generalmente sentaba a su mesa seiscientos invitados a la vez. Hizo servir un banquete sobre el mismo canal de desagüe del lago Fucino, pero poco faltó para que pereciera ahogado, pues al abrirse las compuertas, las aguas se desbordaron con gran violencia. A todas sus comidas invitaba también a sus hijos y con ellos a muchachos y muchachas de noble linaje, para que, según la antigua usanza, comiesen sentados junto a los pies de los lechos. A un invitado del que se sospechaba que la víspera había hurtado una copa de oro, volvió a invitarlo el día siguiente, pero hizo que le colocasen delante un vaso de barro. Se cuenta incluso que había preparado un edicto por el cual concedía licencia para soltar ventosidades, con o sin ruido, en la mesa, porque supo de un invitado que había corrido graves riesgos a fuerza de contenerse para no contravenir las normas de la buena crianza.

Gustaba mucho del vino y de la comida en cualquier sitio y a 33
cualquier hora. Una vez, mientras instruía en el foro de Augusto un proceso, atraído por el grato olor de la comida que se preparaba para los salios en el vecino templo de Marte, dejó plantado al tribunal y subió a reunirse con los sacerdotes, cuya colación compartió. No se levantaba casi nunca de la mesa sin estar ahito y henchido de vino, y se tumbaba en seguida en la cama con la boca abierta para que pudieran introducirle por ella una pluma, a fin de que le aligeraran el estómago. Generalmente dormía poco — pues por lo regular despertaba antes de la medianoche —, de suerte que con frecuencia descabezaba algún sueño de día cuando administraba justicia y sólo a duras penas conseguían despabilarle los abogados, que a posta levantaban mucho la voz. Gustaba mucho de las mujeres, pero nunca tuvo trato alguno con los hombres. Fue muy aficionado al juego de los dados, sobre cuyo tema publicó un libro,

solitus etiam in gestatione ludere, ita essedo alueoque adaptatis ne lusus confunderetur.

34 Saeuum ac sanguinarium natura fuisse, magnis minimisque apparuit rebus. Tormenta quaestionum poenasque parricidarum repraesentabat exigebatque coram. Cum spectare antiqui moris supplicium Tiburi concupisset et deligatis ad palum noxiis carnifex deesset, accitum ab urbe uesperam usque opperiri perseuerauit. Quocumque gladiatorio munere, uel suo uel alieno, etiam forte prolapsos iugulari iubebat, maxime retiarios, ut expirantium facies
2 uideret. Cum par quoddam mutuis ictibus concidisset, cultellos sibi paruulos ex utroque ferro in usum fieri sine mora iussit. Bestiaris meridianisque adeo delectabatur, ut et prima luce ad spectaculum descenderet et meridie dimisso ad prandium populo persederet praeterque destinatos etiam leui subitaque de causa

---

34 **5** Cum spectare] cum expectare *MG* cum et spectare **a** *AB* • moris] mori *M* • **14** praeterque destinatos] pretorque destinatus **a** *A*

y acostumbraba a jugar incluso cuando le llevaban en carruaje, para lo cual hizo ensamblar el coche y el tablero para que el juego no se desbaratara.

Tanto en las cosas grandes como pequeñas se reveló como **34**
hombre cruel y sanguinario por naturaleza. Hacía aplicar al punto y en su propia presencia la tortura en los procesos y los castigos a los parricidas. Un día que se hallaba en Tibur le asaltó el deseo de presenciar una ejecución a la antigua usanza,[1] por lo cual dispuso que los reos fuesen atados a los postes, pero el verdugo no pudo ser hallado en ninguna parte; entonces Claudio mandó hacer venir uno de Roma y tuvo la paciencia de esperarlo hasta la caída de la tarde. En cualquier combate de gladiadores, tanto si era ofrecido por él como por otro magistrado, hacía matar a todos los gladiadores que caían al suelo, aun cuando fuese por casualidad, en especial si eran reciarios, para poder contemplar las expresiones de sus rostros cuando expiraban.[2] En una ocasión en que dos gladia- 2
dores que se enfrentaban sucumbieron en la arena a causa de las mutuas heridas que se infligieron, quiso que en seguida, con las dos espadas que habían usado, le fabricaran puñales para él.[3] Gustaba tanto de los gladiadores que combaten contra las fieras, así como de los que luchan desnudos al mediodía,[4] que acudía a contemplar el espectáculo a primeras horas de la mañana y llegado el

1 Puede leerse una descripción de este suplicio en Nero, 49, 2, y Domit., 11, 2-3.

2 Por la razón de que combatían con la cara al descubierto. Sobre estos gladiadores. Cf. Calig., 30, 3.

3 Según Plinio (cf. nat. hist., 28, 34), un animal matado con un cuchillo, con el que se había dado muerte a un hombre, era un remedio contra los ataques de epilepsia, enfermedad que sufría Claudio.

4 Tan grande era la crueldad de los romanos que obligaban a los luchadores que sobrevivían a los combates de la mañana, a que a pleno sol, desnudos y sin protección alguna combatieran de nuevo al mediodía.

quosdam committeret, de fabrorum quoque ac ministrorum atque id genus numero, si automatum uel pegma uel quid tale aliud parum cessisset. Induxit et unum ex nomenculatoribus suis, sic ut erat togatus.

35 Sed nihil aeque quam timidus ac diffidens fuit. Primis imperii diebus quamquam, ut diximus, iactator ciuilitatis, neque conuiuia inire ausus est nisi ut speculatores cum lanceis circumstarent militesque uice ministrorum fungerentur, neque aegrum quemquam uisitauit nisi explorato prius cubiculo culcitisque et stragulis praetemptatis et excussis. Reliquo autem tempore salutatoribus scrutatores semper apposuit, et quidem omnibus et acerbissimos. Sero enim ac uix remisit, ne feminae praetextatique et puellae contrectarentur et ne cuius comiti aut librario calamariae et graphiariae thecae adimerentur. Motu ciuili cum eum Camillus, non dubitans etiam citra bellum posse terreri, contumeliosa et minaci et contumaci epistula cedere imperio iuberet uitamque otiosam in priuata re agere, dubitauit adhibitis principibus uiris an optemperaret.

---

4 togatus] togatum *Casaubonus*

35 **7** speculatores] spectaculato *G* spictaculato *ΠQL'PST* • **8** uice] uicem *Bentley (cf. Aug. 45)* • **9** culcitisque] culcitrisque *GSR* • **13** et graphiariae] aut graphiariae *ed. Rom. II Roth* • **14** thecae] et thecae *MG* **b** *A*

mediodía daba licencia al pueblo para que se fuera a comer, pero él permanecía clavado en su asiento; y, además de los gladiadores que figuraban en el programa, obligaba a trabar combate por causas livianas e imprevistas a los tramoyistas, encargados de los servicios y a otros operarios, que ejercían actividades afines, cuando fallaban los dispositivos automáticos, las tramoyas o algún otro ingenio de esta índole. Incluso en una ocasión obligó a descender a la arena a uno de sus esclavos, encargado de recordarle el nombre de los ciudadanos, con la toga puesta, tal como estaba.

35 Pero los rasgos más distintivos de su carácter eran el miedo y la desconfianza. En los primeros días de su reinado, aunque, como hemos dicho,[1] gustaba alardear de campechanería, no se atrevía a asistir a ningún banquete si su guardia de corps no le rodeaba empuñando las lanzas y si el servicio de los camareros no era asumido por sus soldados, y tampoco visitaba nunca a ningún enfermo sin tomar antes la precaución de hacer registrar la habitación y palpar y sacudir los colchones y las colchas. Por lo demás, durante el resto de su reinado, sometió a todos los que acudían a saludarle a un riguroso cacheo sin hacer excepción alguna. Sólo al 2 cabo de mucho tiempo y a desgana consintió que no fuesen manoseadas las mujeres, los muchachos que vestían la pretexta y las muchachas, y que no se quitaran las cajas de las plumas y de los punzones a los acompañantes o secretarios de sus invitados. Camilo, al levantarse en armas contra Claudio, persuadido que se dejaría amedrentar sin necesidad de recurrir a la fuerza, le intimidó por medio de una carta injuriosa, amenazadora e insolente a que abandonara el poder y se alejara de la vida pública para entregarse al ocio y ocuparse sólo de sus asuntos particulares; y en efecto, Claudio convocó a los más altos dignatarios y deliberó si no debía plegarse a tales imposiciones.

[1] Cf. cap. 12.

36 Quasdam insidias temere delatas adeo expauit, ut deponere imperium temptauerit. Quodam, ut supra rettuli, cum ferro circa sacrificantem se deprehenso, senatum per praecones propere conuocauit lacrimisque et uociferatione miseratus est condicionem suam, cui nihil tuti usquam esset, ac diu publico abstinuit. Messalinae quoque amorem flagrantissimum non tam indignitate contumeliarum quam periculi metu abiecit, cum adultero Silio adquiri imperium credidisset; quo tempore foedum in modum trepidus ad castra confugit, nihil tota uia quam essetne sibi saluum imperium requirens.

37 Nulla adeo suspicio, nullus auctor tam leuis extitit, a quo non mediocri scrupulo iniecto ad cauendum ulciscendumque compelleretur. Vnus ex litigatoribus seducto in salutatione affirmauit, uidisse se per quietem occidi eum a quodam; dein paulo post, quasi percussorem agnosceret, libellum tradentem aduersarium suum demonstrauit confestimque is pro deprenso ad poenam raptus est.
2 Pari modo oppressum ferunt Appium Silanum; quem cum Messalina et Narcissus conspirassent perdere, diuisis partibus alter ante lucem similis attonito patroni cubiculum inrupit, affirmans somniasse se uim ei ab Appio inlatam; altera in admirationem for-

---

36 **7** Silio] filio *GQLPOS* filio silio *T*

37 **13/14** uidisse se] se uidisse Π *uulg.* • **16** deprenso] depren*so *M* (n *in ras.*) deprehenso *G* **a** *RB* • **20** altera] alter *M* **a** • admirationem] admiratione *G* **a** • **20/1** *(p. 56)* formata] firmata **a** *A*

El anuncio un poco a la ligera de algunas conspiraciones le 36
amedrentaron hasta el punto que pensó en abdicar. Cuando, como
he referido más arriba,[1] fue detenido un individuo provisto de un
puñal cerca de donde ofrecía un sacrificio, hizo convocar inme-
diatamente al senado por medio de los pregoneros y se lamentó,
en medio de lágrimas y gritos, de su triste situación, pues para
él no existía lugar seguro alguno en ninguna parte; y durante
mucho tiempo se abstuvo de presentarse en público. Ahogó in-
cluso la ardiente pasión que le inspiraba Mesalina, más por miedo
al peligro que por el oprobio de las afrentas de que le hacía ob-
jeto, pues le entró la sospecha que su amante Silio intentaba ha-
cerse con el poder. En aquella coyuntura, dominado por un miedo
cerval, corrió a refugiarse en los cuarteles ⟨de los pretorianos⟩ y
durante todo el viaje no hacía más que preguntar si seguía siendo
todavía emperador.

Cualquier sospecha, cualquier delator, por insignificantes que 37
fuesen, conseguían llevar la desazón a su espíritu y le impulsaban
a tomar severas medidas de precaución y venganza. En una ocasión
un litigante, que sostenía un pleito con otro, al ir por la mañana
a ofrecer sus respetos a Claudio, se lo llevó aparte y le dijo que
había visto en sueños a un individuo que le asesinaba, y, al poco
rato, como si reconociera al homicida, lo identificó en la persona
de su contrincante en el momento que éste ofrecía un memorial
a Claudio, el cual ordenó al punto su ejecución, como si hubiese
sido cogido en flagrante delito. Cuentan que Apio Silano halló la 2
muerte en circunstancias parecidas. En efecto, puestos de acuerdo
Mesalina y Narciso para acabar con él, se distribuyeron los papeles
de la siguiente manera: éste, adoptando el aire de un hombre
que no sale de su asombro, irrumpió en el dormitorio de su pa-
trono antes de amanecer y le contó que había visto en sueños

[1] Cf. cap. 13.

mata sibi quoque eandem speciem aliquot iam noctibus obuersari rettulit; nec multo post ex composito inrumpere Appius nuntiatus, cui pridie ad id temporis ut adesset praeceptum erat, quasi plane repraesentaretur somnii fides, arcessi statim ac mori iussus est. Nec dubitauit postero die Claudius ordinem rei gestae perferre ad senatum ac liberto gratias agere, quod pro salute sua etiam dormiens excubaret.

38 Irae atque iracundiae conscius sibi, utramque excusauit edicto distinxitque, pollicitus alteram quidem breuem et innoxiam, alteram non iniustam fore. Ostiensibus, quia sibi subeunti Tiberim scaphas obuiam non miserint, grauiter correptis eaque cum inuidia, ut in ordinem se coactum conscriberet, repente tantum non satis
2 facientis modo ueniam dedit. Quosdam in publico parum tempestiue adeuntis manu sua reppulit. Item scribam quaestorium itemque praetura functum senatorem inauditos et innoxios relegauit, quod ille aduersus priuatum se intemperantius affuisset, hic in aedilitate inquilinos praediorum suorum contra uetitum cocta uendentes multasset uilicumque interuenientem flagellasset. Qua
3 de causa etiam coercitionem popinarum aedilibus ademit. Ac ne

---

4 arcessi statim ac] arceri ac statim *Lipsius*

38 8 utramque] utraque *T* utrumque *recc. uulg.* • **10** sibi subeunti] subeunti **a** *B* • **12** conscriberet] ascriberet *recc.* conquereretur *Bentley* scriberet *Roth* • **13** facientis] facientib; *G* facientes ΠQ*AB* • modo ueniam *recc.* : ueniam modo *codd.* • **14** Item] idem *MGLPS (a. corr.) AB* • **15** itemque] item **a** *B* • senatorem] senatorum *M* • **17** cocta] coacta **a b** *AB*

a Apio atentando contra su vida; Mesalina, por su parte, adoptando un aire de asombro, reveló que desde hacía varias noches se le presentaba la misma pesadilla; al poco rato, conforme lo concertado, le fue anunciado a Claudio que Apio, a quien el día antes se le había ordenado que se presentara a aquella hora, entraba precipitadamente en palacio. Al punto, como si la veracidad del sueño quedara del todo comprobada, ordenó su detención y ejecución. Y al día siguiente no vaciló en informar al senado sobre la forma como se habían desarrollado los acontecimientos y en dar las gracias a un liberto [1] que incluso cuando dormía velaba por la seguridad de su señor.

38 Percatado de que se dejaba dominar por la ira y la cólera, se excusó de ambas en un edicto y señaló la diferencia que media entre ellas, prometiendo que la primera sería pasajera e inocua, la segunda justificada. Los habitantes de Ostia, en una ocasión, no enviaron embarcaciones a su encuentro cuando remontaba el Tíber, motivo por el cual les reconvino severa y airadamente y no contento con esto les escribió que habían humillado su dignidad, pero de repente les otorgó el perdón y poco faltó para que no les pidiera excusas. En más de una ocasión alejó de sí, con su propia 2 mano, a personas que se le acercaban en público inoportunamente. Asimismo, desterró a un escribano de un cuestor y a un senador, que había ya ejercido la pretura, sin formarles expediente y libres de toda culpa, al primero porque había procedido de forma intemperante contra él cuando aún no era emperador, al segundo porque en el ejercicio de sus funciones edilicias había impuesto una multa a sus colonos, que vendían ilegalmente viandas cocidas, y había hecho flagelar a su mayordomo por haber intentado impedirlo. Por este motivo quitó también a los ediles el derecho de im-

1 Narciso.

stultitiam quidem suam reticuit simulatamque a se ex industria sub Gaio, quod aliter euasurus peruenturusque ad susceptam stationem non fuerit, quibusdam oratiunculis testatus est; nec tamen persuasit, cum intra breue tempus liber editus sit, cui index erat «Μωρῶν ἐπανάστασις», argumentum autem stultitiam neminem fingere.

39 Inter cetera in eo mirati sunt homines et obliuionem et inconsiderantiam, uel ut Graece dicam, μετεωρίαν et ἀβλεψίαν. Occisa Messalina, paulo post quam in triclinio decubuit, cur domina non ueniret requisiit. Multos ex iis, quos capite damnauerat, postero statim die et in consilium et ad aleae lusum admoneri iussit et, 2 quasi morarentur, ut somniculosos per nuntium increpuit. Ducturus contra fas Agrippinam uxorem, non cessauit omni oratione filiam et alumnam et in gremio suo natam atque educatam praedicare. Adsciturus in nomen Neronem, quasi parum reprehenderetur, quod adulto iam filio priuignum adoptaret, identidem diuulgauit neminem umquam per adoptionem familiae Claudiae insertum.

40 Sermonis uero rerumque tantam saepe neglegentiam ostendit, ut nec quis nec inter quos, quoue tempore ac loco uerba faceret,

---

3 tamen *Gronovius* : ante (autem *per compend.* Π *a. corr.) codd.* tamen ante *Vrsinus* sane *Bücheler* • **4** cum] quam **a** *A* • **5** neminem] ⟨stultum⟩ neminem *Casaubonus*

39 **7/8** inconsiderantiam] inconsiderationem **a** *AB* • **8** ἀβλεψίαν] αβλεψια *M* ABAEΨIA *G* **a b** • **9** quam] cum *Casaubonus* • **11** in consilium] in conuiuium *Vrsinus* • **12** morarentur] morentur *M* • **15** nomen] nomen familiae **b'** *AB*

poner sanciones a las tabernas.[1] Y ni siquiera tuvo la prudencia de 3
abstenerse de hablar de su propia necedad, y así, en algunos de sus discursos, afirmó que la había simulado adrede durante el gobierno de Gayo porque de no haberlo hecho así no hubiera sobrevivido ni alcanzado la meta que se había fijado. La verdad es que no convenció a nadie, pues al poco tiempo apareció un libro titulado 'La rebelión de los imbéciles', por el que se demostraba que nadie puede hacerse pasar por imbécil.[2]

Entre otras cosas, llenaban especialmente de asombro a los que **39**
le trataban su falta de memoria y su inconciencia, o para decirlo en griego, su μετεωρίαν y ἀβλεφίαν. Una vez ejecutada Mesalina, tomó asiento en la mesa y al poco rato preguntó por qué no acudía la Señora. A muchas personas condenadas por él a muerte las hacía avisar al día siguiente para que acudiesen a consejo o a jugar a los dados y, como si se demorasen, se enfadaba con ellas y les
enviaba a decir por un mensajero que eran unos dormilones. Deci- 2
dido ya a contraer matrimonio con Agripina, aunque con ello violaba el derecho divino, no desperdiciaba ocasión de ensalzarla en todos sus discursos llamándola 'su hija, su pupila, nacida y criada en su regazo'; se disponía a adoptar a Nerón y, como si todavía fueran pocas las censuras de que era objeto por adoptar un hijastro teniendo ya un hijo mayor,[3] reiteraba públicamente que nunca había entrado nadie por adopción en la familia de los Claudios.

Mostraba a menudo tanta incongruencia en la forma como ha- **40**
blaba y procedía, que daba la impresión de no saber, ni tener en cuenta quién era, ni en el sitio y tiempo en que se hallaba, ni quiénes eran sus interlocutores. Un día que en el senado se discutía

---

1 Cf. Tib., 34, 1.
2 «Si en realidad no lo es.»
3 Británico.

scire aut cogitare existimaretur. Cum de laniis ac uinariis ageretur, exclamauit in curia: «Rogo uos, quis potest sine offula uiuere?» descripsitque abundantiam ueterum tabernarum, unde solitus
2 esset uinum olim et ipse petere. De quaesturae quodam candidato inter causas suffragationis suae posuit, quod pater eius frigidam aegro sibi tempestiue dedisset. Inducta teste in senatu: «Haec», inquit, «matris meae liberta et ornatrix fuit, sed me patronum semper existimauit; hoc ideo dixi, quod quidam sunt adhuc in domo
3 mea, qui me patronum non putant». Sed et pro tribunali Ostiensibus quiddam publice orantibus cum excanduisset, nihil habere se uociferatus est, quare eos demereatur; si quem alium, et se liberum esse. Nam illa eius cotidiana et plane omnium horarum et momentorum erant: «Quid, ego tibi Telegenius uideor?» et: «Λάλει καὶ μὴ θίγγανε», multaque talia etiam priuatis deformia, nedum principi, neque infacundo neque indocto, immo etiam pertinaciter liberalibus studiis dedito.

41 Historiam in adulescentia hortante T. Liuio, Sulpicio uero Flauo etiam adiuuante, scribere adgressus est. Et cum primum frequenti

---

40 **3** descripsitque *Torrentius* : descripsit *codd.* ac descripsit *Oudendorpius* • **4** quaesturae *recc. Beroaldus* : questore *codd.* • **10** quiddam] quidam *MSA* • **12** illa eius] illius **a** *A* • **13** Telegenius] telegonius **b** *A* telegennius *Scaliger* • Λάλει *Turnebus* : ΛΑΛΙ (ΑΑΛΙ *RLST* ΛΑΙ ΠQ) *codd.* • **14** μὴ θίγγανε *Turnebus* : ΜΕΘΙΝΓΑΝΑ *MLSA* ΜΗΘΙΝΓΑΝΑ (ΜΗΕ- *R* -ΤΑΝΑ *GΠQT*) *cett.*

sobre los carniceros y taberneros, exclamó: «¿Decidme, por favor, quién puede vivir sin un pedazo de pan?», y se puso a describir la abundancia de las antiguas tabernas, adonde incluso él mismo acostumbraba a ir en otros tiempos a por vino. Abogaba en una 2
ocasión en favor de un determinado candidato a la cuestura y adujo en su favor la siguiente razón: «El padre de mi recomendado, estando yo enfermo, me dio de beber agua fresca en el momento oportuno». Presentó una vez en el senado una mujer como testigo y dijo: «Ésta ha sido liberta y camarera de mi madre, pero siempre me ha considerado como a su patrono; digo esto precisamente porque en mi casa todavía hay muchos que no me consideran como tal». Formando parte de un tribunal, un día en que los habitantes 3
de Ostia le pidieron oficialmente cierto favor, se puso blanco de ira y empezó a vociferar que no existía razón alguna que le obligara a granjearse su benevolencia, y que era tan libre de hacer lo que le viniera en gana como cualquier otro. Frases como éstas salían de sus labios cada día o, mejor dicho, a cada hora y a cada momento: «¿Qué? ¿Me tomas acaso por Telegenio[1]?», «Desembucha, pero no me sobes», y otras muchas parecidas, inadecuadas en boca de un simple ciudadano y por tanto mucho más en la de un soberano en especial como él que no sólo no carecía de elocuencia y de cultura, sino que, por el contrario, cultivaba apasionadamente los estudios liberales.

En la adolescencia, siguiendo los consejos de T. Livio[2] y con **41**
la colaboración de Sulpicio Flavo, empezó a escribir una historia.

---

1 Probablemente un hombre que se citaba proverbialmente como un ejemplo típico de un loco, pero en realidad nada en concreto y cierto sabemos de él.

2 El famoso historiador; no sabemos, en cambio, quién era Sulpicio Flavo, como no sea el mismo personaje a quien se alude en el capítulo 4, 5.

auditorio commisisset, aegre perlegit refrigeratus saepe a semet ipso. Nam cum initio recitationis defractis compluribus subsellis obesitate cuiusdam risus exortus esset, ne sedato quidem tumultu temperare potuit, quin ex interuallo subinde facti reminisceretur
2 cachinnosque reuocaret. In principatu quoque et scripsit plurimum et assidue recitauit per lectorem. Initium autem sumpsit historiae post caedem Caesaris dictatoris, sed transiit ad inferiora tempora coepitque a pace ciuili, cum sentiret neque libere neque uere sibi de superioribus tradendi potestatem relictam, correptus saepe et a matre et ab auia. Prioris materiae duo uolumina, posterioris unum
3 et quadraginta reliquit. Composuit et 'De uita sua' octo uolumina, magis inepte quam ineleganter; item 'Ciceronis defensionem aduersus Asini Galli libros' satis eruditam. Nouas etiam commentus est litteras tres ac numero ueterum quasi maxime necessarias addidit; de quarum ratione cum priuatus adhuc uolumen edidisset, mox princeps non difficulter optinuit ut in usu quoque promiscuo essent.

---

41 **6** per lectorem] perlectorum (m *per compendium*) *M* • **7** sed *Torrentius (Madvig)* : sed et *codd.* et *Müller apud B.-Crusium* • **15** adhuc uolumen] uolumen adhuc *MLPOS (a. corr.) RAB* adhuc *T*

Ofreció las primicias a un numeroso público, pero a duras penas consiguió terminar la lectura, pues él mismo a menudo distraía la atención de su auditorio. En efecto, al poco de iniciarse la lectura, se vinieron abajo varios bancos a causa de la obesidad de uno de los presentes, lo cual provocó grandes risas, hasta que a la postre volvió a restablecerse el silencio, pero Claudio no pudo evitar que de cuando en cuando le asaltase el recuerdo de aquel incidente y prorrumpiera en grandes risotadas. También durante su 2
reinado escribió incansablemente, encargando generalmente a un lector profesional que leyera sus obras. Tomó como punto de partida de su historia los sucesos acaecidos después de la muerte del dictador César, pero pasó en seguida a una época más reciente, concretamente aquella con la que se inicia la paz que siguió a la guerra civil, dándose cuenta que no podía tratar los tiempos anteriores con independencia de criterio ni de acuerdo con la verdad, pues tanto su madre como su abuela le censuraban acremente. Dejó dos volúmenes consagrados al primer período y cuarenta y uno al segundo. Compuso también una historia de su vida, en ocho volú- 3
menes, en la que abundan más las faltas al buen gusto que al estilo, así como una 'Defensa de Cicerón contra los libros de Asinio Galo',[1] bastante erudito. Fruto de su inventiva fueron tres nuevas letras[2] que añadió al abecedario tradicional, por considerarlas del todo punto necesarias; en realidad, cuando era todavía un simple particular, había ya publicado un libro en el que justificaba la razón de ser de tales letras, de ahí que, proclamado emperador, consiguiera fácilmente que se usasen simultáneamente con las otras. Subsis-

---

1 Asinio Galo, hijo del famoso escritor y político Asinio Polión, había escrito varios libros para demostrar que su padre era mejor orador que Cicerón.

2 El alfabeto latino no disponía de letras adecuadas para representar la 'u' consonante, ps, ü, de ahí la iniciativa de Claudio para suplir dichas letras.

Extat talis scriptura in plerisque libris ac diurnis titulisque operum.

42 Nec minore cura Graeca studia secutus est amorem praestantiamque linguae occasione omni professus. Cuidam barbaro Graece ac Latine disserenti: «Cum utroque», inquit, «sermone nostro sis paratus»; et in commendanda patribus conscriptis Achaia, gratam sibi prouinciam ait communium studiorum commercio; ac saepe in senatu legatis perpetua oratione respondit. Multum uero pro tribunali etiam Homericis locutus est uersibus. Quotiens quidem hostem uel insidiatorem ultus esset, excubitori tribuno signum de more poscenti non temere aliud dedit quam:

Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.

2 Denique et Graecas scripsit historias, Tyrrhenicon uiginti, Carchedionacon octo. Quarum causa ueteri Alexandriae Musio additum ex ipsius nomine ⟨nouum⟩; institutumque ut quotannis in altero Tyrrhenicon libri, in altero Carchedionacon diebus statutis velut in auditorio recitarentur toti a singulis per uices.

43 Sub exitu uitae signa quaedam nec obscura paenitentis de matrimonio Agrippinae deque Neronis adoptione dederat, siquidem

---

1 ac diurnis] actis diurnis *Burmannus* actorum diurnis *Muretus* actorum diurnorum *Torrentius*

42 **5** sermone nostro] sermone *L(a. corr.)POSTB* • **6** paratus] peritus Π*TB et s. scr. in R* • Achaia] achaiam *M* • **12** Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι *Torrentius* : ΑΝΔΡΑΕΠΑΜΥΝΑCΘΑΙ (-ΕΠΑΜΙΝΑCΘΑΙ *M*) *codd.* ἄνδρ' ἐπ- *uulg.* • χαλεπήνῃ *Torrentius* : ΧΑΛΕΠΕΑΙΝΕΙ *M* -ΠΗΑΙΝΕΙ *GPΠQ* -ΠΑΙΝΕΙ *R* -ΠΕΝΕΙ *LS* • **14** ueteri] uetere *M (a. corr.)* • **15** ex] et *Torrentius* est *Bentley* • nouum *suppleuit Drechsler (Ihm Ailloud)* : alterum *Ursinus*, Claudieum *Roth*, aliud *Polak, at omnes post* Musio • **16** statutis] statis *Ursinus (cf. Claud. 1, 3)*

ten tales caracteres en muchos libros, en las actas diurnas y en las inscripciones de las obras públicas.

13 **4** distulisset, produxit] detulisset eproduxit *M (a. corr.)* • **8** tiara deducta *recc.* : diariam deductam *codd. AB* • **11** consalutatus] consulatus *MG* consultatus *L* • **12** tamquam nullo *Faernus Lipsius* : tam nullo quam *codd. AB* iam nullo quasi *Gronovius* iam nullo usquam *Bentley*

14 **14** bimenstrem] bimestrum *M* bimestrem *QTB*

13 No sin fundamento incluiré también entre los espectáculos ofrecidos por Nerón la entrada en Roma de Tirídates, rey de Armenia, a quien Nerón había convencido para que le visitara haciéndole grandes promesas. Afanoso de exhibirlo al pueblo, como el día fijado por medio de un edicto amenazara tormenta, aplazó la ceremonia y no lo presentó en público hasta que el tiempo fue favorable. En dicho día hizo formar las cohortes pretorianas con sus arreos de gala alrededor de los templos del foro, mientras él por su parte tomaba asiento en una silla curul junto a la tribuna de los oradores, vistiendo la indumentaria de general con honores de triunfo [1] y rodeado por los estandartes y banderas militares. En seguida autorizó al Rey para que se le acercara, el cual subió 2 por una plataforma inclinada y se prosternó de hinojos ante él. Nerón entonces le levantó con su diestra y le besó, y finalmente, atendiendo a sus ruegos, le quitó la tiara y le impuso la diadema, mientras un ex pretor, haciendo de intérprete, repetía en latín a la multitud las palabras del suplicante. De allí fue conducido al teatro, en donde repitió de nuevo sus súplicas, al término de las cuales Nerón le hizo sentar junto a él, a su derecha. Por este espectáculo Nerón fue aclamado con el título de *Imperator*, y después de depositar una corona de laurel en el Capitolio, cerró el templo de Jano bifronte,[2] como si se hubiesen terminado ya las guerras.

14 Ejerció cuatro consulados; [3] el primero durante dos meses, el segundo y el último durante seis, el tercero a lo largo de un cuatrimestre; los dos intermedios uno tras otro, los otros con un intervalo de un año.

---

1 Una toga de púrpura y una corona de laurel.

2 El templo de Jano, situado en el foro, era una construcción antigua atribuida a Numa. En tiempo de guerra permanecía abierto y cerrado en tiempo de paz.

3 En los años 55, 57, 58, 60, si contamos que en el 68 destituyó a los cónsules en funciones y asumió él solo esta magistratura.

15 In iuris dictione postulatoribus nisi sequenti die ac per libellos non temere respondit. Cognoscendi morem eum tenuit, ut continuis actionibus omissis singillatim quaeque per uices ageret. Quotiens autem ad consultandum secederet, neque in commune quicquam neque propalam deliberabat, sed conscriptas ab uno quoque sententias tacitus ac secreto legens, quod ipsi libuisset perinde
2 atque pluribus idem uideretur pronuntiabat. In curiam libertinorum filios diu non admisit; admissis a prioribus principibus honores denegauit. Candidatos, qui supra numerum essent, in solacium dilationis ac morae legionibus praeposuit. Consulatum in senos plerumque menses dedit defunctoque circa Kal. Ian. altero e consulibus neminem substituit improbans exemplum uetus Canini Rebili uno die consulis. Triumphalia ornamenta etiam quaestoriae dignitatis et nonnullis ex equestri ordine tribuit nec utique de causa militari. De quibusdam rebus orationes ad senatum missas praeterito quaestoris officio per consulem plerumque recitabat.

16 Formam aedificiorum urbis nouam excogitauit et ut ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur, easque sumptu suo extruxit. Destinarat etiam Ostia tenus moenia promouere atque inde fossa mare ueteri urbe inducere.
2 Multa sub eo et animaduersa seuere et coercita nec minus instituta:

---

15 2 cognoscendi] in cognoscendo **b'** (*R in marg. in textu habet* cognoscendi) *B* • **3** ageret **b'** *AB Ihm dubitanter* : *om. MGPL* ageretur *Oudendorpius* quaereret *proponit Bücheler* • **5** sed *recc. Ursinus* : sed et *codd. AB* • **8** admissis **a** G **b** : admissa *M* admissos **a** *AB* • **13/14** dignitatis et nonnullis] dignitatis nonnullis et *Lipsius* dignitati et nonnullis *Bentley* • **15** militari. De quibusdam — orationes] militari sed et de quibusdam — orationes **b** *AB inde* militari, sed et de quibuscumque rebus. Orationes *Bentley* de quibusdam rebus *glossema putat Becker*

16 18 quarum ΠQ *recc.* : quorum *cett.* • **19** Ostia] ostiam *MGΠ²R*

En los juicios no acostumbraba a contestar a los abogados a la 15
ligera, sino al día siguiente y por escrito. Aplicó en la instrucción de los procesos la norma de suprimir los discursos de conjunto, exigiendo que cada parte, por turno, tratara una por una las cuestiones en litigio. Cuando se retiraba para consultar a sus asesores, no deliberaba sobre ninguna cuestión con todos ellos a la vez ni públicamente, sino que leía en silencio y reservadamente los dictámenes que cada uno de ellos había redactado por escrito, y luego dictaba la sentencia que creía pertinente, como si se tratara del parecer de la mayoría. Durante mucho tiempo no admitió en el 2
senado a los hijos de los libertos y vetó el acceso a los cargos públicos a los que habían sido admitidos por los príncipes precedentes. Confió puestos de mando en las legiones a los candidatos que rebasaban el número ⟨de los cargos vacantes⟩ para compensarles de la dilación y el retraso. Generalmente confería el consulado por seis meses y en una ocasión en que falleció un cónsul cerca de las calendas de enero, no cubrió la vacante e hizo constar su desacuerdo con el precedente de Caninio Rébilo,[1] cónsul durante un solo día. Concedió los ornamentos triunfales a simples cuestores así como a algunos miembros del estamento ecuestre y no exclusivamente por los méritos militares. Cuando enviaba al senado una comunicación sobre algún asunto la hacía leer, con menoscabo de las atribuciones de los cuestores, por un cónsul.

Construyó un nuevo plan para la construcción de los edificios de 16
Roma y, a sus expensas, erigió pórticos delante de los bloques de casas y domicilios particulares a fin de poder combatir los incendios desde lo alto de las terrazas de dichos pórticos. Tenía el proyecto de prolongar las murallas de Roma hasta Ostia y desde allí, por medio de un canal, hacer llegar el mar hasta los barrios viejos de la ciudad. Durante su reinado muchos delitos fueron severa- 2

[1] Cf. Caes., 76, 2.

adhibitus sumptibus modus; publicae cenae ad sportulas redactae; interdictum ne quid in popinis cocti praeter legumina aut holera ueniret, cum antea nullum non obsonii genus proponeretur; afflicti suppliciis Christiani, genus hominum superstitionis nouae ac maleficae; uetiti quadrigariorum lusus, quibus inueterata licentia passim uagantibus fallere ac furari per iocum ius erat; pantomimo-
17 rum factiones cum ipsis simul relegatae; aduersus falsarios tunc primum repertum, ne tabulae nisi pertusae ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur; cautum ut testamentis primae duae cerae testatorum modo nomine inscripto uacuae signaturis ostenderentur ac ne qui alieni testamenti scriptor legatum sibi ascriberet; item ut litigatores pro patrociniis certam iustamque mer-

---

3 ueniret] uenirent *MLPA* • **3/4** afflicti] affecti *Stephanus* (*cf.* Oros. VII 7, 10)

17 **9** ut testamentis] ut in testamentis **b** *A (uulg.)* • **11** ne qui] ne quis *A uulg.*

mente reprimidos y castigados y no fue menor el número de nuevas disposiciones que implantó: fijó un límite para los gastos suntuarios, redujo los banquetes públicos a simples distribuciones de víveres; prohibió que en las tabernas se vendiera ninguna clase de alimento cocido, salvo verduras y legumbres, a pesar de que antes se exponían a la venta todo género de viandas, persiguió a los cristianos, linaje de hombres entregados a una superstición nueva y maléfica,[1] prohibió las chanzas de los aurigas, los cuales, amparándose en una tolerancia que venía de tiempo, se arrogaban el derecho de vagabundear por toda la ciudad estafando y robando por vía de entretenimiento; desterró a los jaleadores de los actores de pantomimas, así como a los propios actores.[2] Para impedir las 17
falsificaciones, se puso entonces por primera vez en práctica el siguiente procedimiento: no se sellaban las tablillas sino después de haberlas agujereado y haber hecho pasar tres veces por los orificios un hilo de lino;[3] se previno que en los testamentos se presentasen a los signatarios sólo las dos primeras tablillas en las que debía figurar única y exclusivamente el nombre del testador, y que ninguna persona que escribiera un testamento para otro pudiera asignarse un legado en beneficio propio; se dis-

1 Esta apreciación que concuerda con otra análoga de Tácito y Plinio el joven, demuestra el concepto que los romanos del siglo I tenían del cristianismo. Sobre tal extremo cf. E. J. URCH, *Early Roman understanding of Christianity*, Cl. J. 27 ('31), p. 25-62.

2 Siguiendo el ejemplo de Augusto y a causa de su vida licenciosa. Cf. cap. 26, 2 y TAC. ann. 13, 25.

3 Los diplomas o contratos se escribían sobre dos tablillas de bronce, iguales y en forma que podían aplicarse la una sobre la otra, con lo cual el texto escrito quedaba oculto. Estas dos tablillas se sujetaban entre sí por medio de hilos. En una de las caras exteriores se reproducía el texto, en la otra, a cada lado del hilo que unía las tablillas y que estaba recubierta de siete sellos de cera, se leían los nombres de siete ciudades romanas que habían dado fe de la autenticidad de lo escrito y de la copia.

cedem, pro subsellis nullam omnino darent praebente aerario gratuita; utque rerum actu ab aerario causae ad forum ac reciperatores transferrentur et ut omnes appellationes a iudicibus ad senatum fierent.

18 Augendi propagandique imperii neque uoluntate ulla neque spe motus umquam, etiam ex Britannia deducere exercitum cogitauit, nec nisi uerecundia, ne obtrectare parentis gloriae uideretur, destitit. Ponti modo regnum concedente Polemone, item Alpium defuncto Cottio in prouinciae formam redegit.

19 Peregrinationes duas omnino suscepit, Alexandrinam et Achaicam; sed Alexandrina ipso profectionis die destitit turbatus religione simul ac periculo. Nam cum circumitis templis in aede Vestae resedisset, consurgenti ei primum lacinia obhaesit, dein
2 tanta oborta caligo est, ut dispicere non posset. In Achaia Isthmum perfodere adgressus praetorianos pro contione ad incohandum opus cohortatus est tubaque *signo dato primus rastello humum*

---

18 7 ne] nec *M* • gloriae] gloriam **a** *B*

19 11 Alexandrina *GΠT* : alexandrinam *codd. Bentley* Alexandrina in *Oudendorpius* • destitit] destituit *recc.* deseruit *Bentley* • 11/12 religione simul] simul religione **b** • 12 Nam cum *ΠQA* : nam *M* cum *post* templis *add. G* **a** *R AB* • circumitis] circuitis *G* **b'** *AB* • 14 dispicere *recc. edd. pr. Rom.* : despicere *codd.*

puso asimismo que los litigantes venían obligados a devengar unos honorarios fijos y equitativos por los servicios de sus abogados, pero que, en cambio, quedaban liberados de los gastos del juicio que deberían correr a cuenta del fisco; y que finalmente en la administración de justicia los procesos ⟨promovidos por la tesorería⟩ se transfiriesen del fisco al foro [1] y concretamente a los tribunales de los jueces delegados, y que todas las apelaciones pasasen de los tribunales ordinarios al senado.

18 Nunca fue movido por la esperanza o el deseo de aumentar o de dilatar el imperio, incluso pensó en retirar las tropas de Britania; y si desistió fue sólo por vergüenza, para no dar la sensación que quería empañar la gloria de su padre.[2] Redujo a la categoría de simple provincia el reino del Ponto con el beneplácito del rey Polemón, así como el de los Alpes a la muerte de Cotio.[3]

19 Emprendió sólo dos viajes al extranjero, el uno a Alejandría, el otro a Acaya; pero suspendió el primero el día mismo en que debía partir sobresaltado por un mal presagio y por la amenaza de un peligro. En efecto, después de la visita que efectuó a los templos, se sentó para descansar en el santuario de Vesta y, primero, cuando quiso ponerse en pie, quedó pegado al asiento por el borde de la toga, luego se levantó una niebla tan densa que no podía distinguir nada a su alrededor. Llegado a Acaya se dispuso 2 a perforar el istmo,[4] para lo cual hizo formar a los pretorianos y,

---

1 O sea que en vez de juzgarlos los prefectos del fisco lo hacían los *recuperatores*, colegio de jueces compuesto de tres a cinco miembros que entendía sobre los litigios económicos entre particulares, y por tanto mucho menos rígidos con respecto a los contribuyentes.

2 De su padre adoptivo, Claudio. Sobre cuya campaña en Britania, véase cap. 17.

3 Cf. Tib., 37, 3.

4 Istmo de Corinto. Cf. Caes., 44, 3.

effodit et corbulae congestam umeris extulit. Parabat et ad Caspias portas expeditionem conscripta ex Italicis senum pedum tironibus
3 noua legione, quam Magni Alexandri phalanga appellabat. Haec partim nulla reprehensione, partim etiam non mediocri laude digna in unum contuli, ut secernerem a probris ac sceleribus eius, de quibus dehinc dicam.

20 Inter ceteras disciplinas pueritiae tempore imbutus et musica, statim ut imperium adeptus est, Terpnum citharoedum uigentem tunc praeter alios arcessiit diebusque continuis post cenam canenti in multam noctem assidens paulatim et ipse meditari exercerique coepit neque eorum quicquam omittere, quae generis eius artifices uel conseruandae uocis causa uel augendae factitarent; sed et plumbeam chartam supinus pectore sustinere et clystere uomituque purgari et abstinere pomis cibisque officientibus; donec blandiente profectu, quamquam exiguae uocis et fuscae, prodire in scaenam concupiit, subinde inter familiares Graecum prouerbium
2 iactans occultae musicae nullum esse respectum. Et prodit Neapoli primum ac ne concusso quidem repente motu terrae theatro

---

2 conscripta ΠQ*STB* conscriptam *cett.* • **3** phalanga] phalangam **b** phalanguam (u *expunct.*) *S* phalangem *LPTAB* • **5** probris] probriis *M* probri *LP*

20 **9** arcessiit] arcessit *R* accersiit (acer- *T*) *GPS*²*TB* • **14** pomis] potibus *uel* pomatis *Reinesius* • **17** prodit] prodiit **b** *TAB uulg.* • **17/18** Neapoli ΠQ*A* : neapolim *cett.*

después de dirigirles una arenga para animarlos a iniciar la obra, a una señal dada por una trompeta, él mismo en persona fue el primero en excavar con un azadón una palada de tierra que cargó en una espuerta y transportó sobre sus propios hombros. Preparaba también una expedición a las puertas del Caspio,[1] para cuyo fin había formado una legión integrada por reclutas itálicos, cada uno de seis pies de altura, a la que llamaba la falange de Alejandro el Magno. He reunido en un solo grupo estas disposiciones, 3
unas exentas de toda censura, otras dignas de los mayores elogios, para separarlas de las infamias y crímenes de los que voy a hablar a continuación.

Durante el tiempo de su niñez le hicieron aprender, entre otras **20**
artes, también la música; por ello, tan pronto como alcanzó el poder, llamó a palacio a Terpino, el citaredo de más fama en aquella época, y durante muchos días consecutivos en la sobremesa se sentaba a su lado y le hacía cantar hasta una hora muy avanzada de la noche; poco a poco empezó él mismo a practicar y a ejercitarse sin omitir ninguno de los ejercicios que practican los maestros de esta disciplina para conservar o robustecer la voz; así se echaba de espaldas y aguantaba sobre el pecho una lámina de plomo, se purgaba usando lavativa y vomitivos, se abstenía de fruta y viandas nocivas, hasta que, satisfecho por los progresos realizados, con todo y que su voz era tenue y oscura, sintió un ardiente deseo de presentarse en escena, repitiendo a menudo a sus cortesanos el proverbio griego que reza: 'Nadie aprecia la música oculta'; y fue 2
en Nápoles donde debutó y no dejó de cantar hasta que hubo terminado la melodía que había comenzado, a pesar de un terremoto que sacudió repentinamente el teatro. Volvió a cantar en dicha

[1] La única vía de acceso a la Armenia. Es un desfiladero muy estrecho por el que sólo podía pasar un carro. Los persas lo habían cerrado en su entrada con una puerta de hierro.

ante cantare destitit, quam incohatum absolueret nomon. Ibidem saepius et per complures cantauit dies; sumpto etiam ad reficiendam uocem breui tempore, impatiens secreti a balineis in theatrum transiit mediaque in orchestra frequente populo epulatus, si paulum subbibisset, aliquid se sufferti tinniturum Graeco sermone
3 promisit. Captus autem modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de nouo commeatu Neapolim confluxerant, plures Alexandria euocauit. Neque eo segnius adulescentulos equestris ordinis et quinque amplius milia e plebe robustissimae iuuentutis undique elegit, qui diuisi in factiones plausuum genera condiscerent — bombos et imbrices et testas uocabant — operamque nauarent cantanti sibi, insignes pinguissima coma et excellentissimo cultu pueros nec sine anulo laeuis, quorum duces quadringena milia sestertia merebant.

21 Cum magni aestimaret cantare etiam Romae, Neroneum agona ante praestitutam diem reuocauit flagitantibusque cunctis caelestem uocem respondit quidem «in hortis se copiam uolentibus facturum», sed adiuuante uulgi preces etiam statione militum, quae tunc excubabat, repraesentaturum se pollicitus est libens; ac sine

---

3 a balineis] abualineis *MG* ab balineis *R* a balneis *PSTB* • **4** epulatus] epulat *M* epulans *Salmasius* • **5** sufferti *ed. Ven. I* : sufferi *MG Ihm* sufferri **b** *LPTAB* *sufferre *S(a. corr.)* uel efferre S^2 suffertim *Egnatius* • **12** pueros S^1 : pueris *M* **a** *(S a. corr.)* pueri *G* **b** *AB uulg.* puris P^2 *Bentley Ihm Ailloud* purpureis *proponit Roth* • **13** nec *G recc. (uulg.)* : ac *codd.* • laeuis GP^2 : laeuiis *M* leuis **b** *uulg.* leuiis *ST* uelis *LPOA* laenis *propon. Roth* • quadringena] quadragena **b** *uulg.* • **13/14** sestertia] sestertium *uel HS uulg. deleuit Oudendorpius*

21 **17** respondit] respondi *M*

ciudad a menudo y en audiciones que duraban varios días, y en una ocasión en que se tomó un breve descanso para vigorizar su voz, resultándole insoportable permanecer alejado del público, abandonó los baños para trasladarse de nuevo al teatro, en donde se hizo servir la comida en medio de la orquesta y en presencia de numeroso público y prometió, expresándose en griego, que si se echaba al coleto unos cuantos sorbos, tintinearía algo que valdría la pena. Cautivado por los aplausos rítmicos de algunos marineros 3
de Alejandría que habían confluido a Nápoles, como consecuencia del arribo de un nuevo cargamento de víveres, dio en seguida la orden de que hicieran venir otros muchos de Alejandría. Y no contento con esto, reclutó afanosamente de todas partes mozalbetes del estamento ecuestre, amén de cinco mil plebeyos, lo más granado de la juventud, para que, divididos en grupos, aprendiesen las diferentes clases de aplausos — a los que se designaba con los nombres de 'murmullos de abejas', 'tejas' y 'ladrillos' — [1] y le jalearan mientras cantaba. Era fácil reconocer estos muchachos por su espesa cabellera, su espléndido atuendo y por un anillo que llevaban en su mano izquierda. Sus jefes ganaban cuatrocientos mil sestercios.

Acuciado por el deseo de cantar también en Roma, convocó de **21**
nuevo, antes de la fecha reglamentaria, el certamen 'neroniano',[2] y como todos los que asistían reclamaran insistentemente el privilegio de oír 'su voz celestial', contestó que ofrecería más tarde en los jardines ⟨de palacio⟩ una audición para los que quisieran ⟨realmente oírle⟩, pero cuando los soldados que entonces estaban de guardia se sumaron también a los ruegos de la multitud, pro-

[1] Nombres que derivan del sonido que producían estos aplausos, (murmullos de abeja) o de la forma como se aplaudía, con las manos formando un hueco (tejas) o planas (ladrillos).

[2] Cf. cap. 12, 3.

mora nomen suum in albo profitentium citharoedorum iussit ascribi sorticulaque in urnam cum ceteris demissa intrauit ordine suo, simul praefecti praetorii citharam sustinentes, post tribuni militum iuxtaque amicorum intimi. Vtque constitit, peracto principio, Niobam se cantaturum per Cluuium Rufum consularem pronuntiauit et in horam fere decimam perseuerauit coronamque eam et reliquam certaminis partem in annum sequentem distulit, ut saepius canendi occasio esset. Quod cum tardum uideretur, non cessauit identidem se publicare. Dubitauit etiam an priuatis spectaculis operam inter scaenicos daret, quodam praetorum sestertium decies offerente. Tragoedias quoque cantauit personatus, heroum deorumque, item heroidum ac dearum personis effectis ad similitudinem oris sui et feminae, prout quamque diligeret. Inter cetera cantauit Canacen parturientem, Oresten matricidam, Oedipodem excaecatum, Herculem insanum. In qua fabula fama est tirunculum militem positum ad custodiam aditus, cum eum ornari ac uinciri catenis, sicut argumentum postulabat, uideret, accurrisse ferendae opis gratia.

1 iussit] iussi *M (a. corr.)* • **3** post] pro *M* • **5** Niobam (-am *per compend.*) *G* : nioban *M* **b** niobem **a** *AB* Nioben *uulg.* • **9** Dubitauit] non dubitauit *STNB uulg.* • an *recc. Gronovius* : in *MG* **b** *A om.* **a** *NB* • **10** daret *MG* **b** : dare **a** *AB uulg.* • quodam] quaedam *M* • **13** quamque] quam *M (a. corr.) Bentley* • **14** Canacen *G* (-en *per compend.*) : canachen *cett.* • **14/15** Oedipodem (oe- *et* -em *per compend.*) *G* : oedipoden *cett. (cf. Nero 46, 3)* • **16** ornari] onerari *in marg. ed. Gryphii Lugd. 1544*

metió complacido que saldría en seguida a escena, y al punto hizo inscribir su nombre en la lista de los cantores de cítara e introducida en la urna su ficha, junto con la de los otros cantores, salió en escena cuando le tocó el turno, acompañado de los prefectos del pretorio que llevaban su lira y tras ellos los tribunos militares, y a su alrededor sus amigos más íntimos. Después de ocupar su sitio 2
en la escena y, una vez que hubo ejecutado el preludio, hizo anunciar por boca del ex cónsul Cluvio Rufo [1] que iba a cantar Niobe y prolongó su actuación hasta cerca de la hora décima, pero aplazó para el año siguiente la adjudicación de los premios así como los otros números del programa para tener de este modo más ocasiones de cantar. Mas, pareciéndole demasiado largo aquel intervalo, continuó haciendo frecuentes apariciones en escena. Acarició incluso la idea de prestar su concurso, como si fuera un profesional, a los espectáculos organizados por los particulares, pues un pretor le ofreció en una ocasión un millón de sestercios ⟨por una actuación⟩. Actuó también, con el rostro cubierto con una máscara, en 3
varias tragedias, para lo cual hizo moldear máscaras de héroes y dioses, así como de heroínas y diosas que reproducían sus propios rasgos y los de las mujeres que gozaban de su favor. Cantó entre otras tragedias las siguientes: 'El parto de Canacea', 'Orestes matricida', 'Edipo ciego', 'Hércules furioso'. Se cuenta que, durante la representación de esta última tragedia, un soldado, incorporado recientemente a la guardia y que estaba de vigilancia junto a la entrada ⟨de los vestuarios⟩, al ver que vestían a Nerón con harapos y le ataban con cadenas, tal como lo exige el argumento, corrió apresuradamente a su lado para prestarle ayuda.

---

1 Relevante personalidad tanto en el campo de la política (fue cónsul en el año 45) como en el de las letras (autor de una historia de los emperadores de su tiempo). En el año 69 era gobernador de la Tarraconense y se pasó a Galba, abandonando a Nerón.

22 Equorum studio uel praecipue ab ineunte aetate flagrauit plurimusque illi sermo, quamquam uetaretur, de circensibus erat; et quondam tractum prasini agitatorem inter condiscipulos querens, obiurgante paedagogo, de Hectore se loqui ementitus est. Sed cum inter initia imperii eburneis quadrigis cotidie in abaco luderet, ad omnis etiam minimos circenses e secessu commeabat, primo clam, deinde propalam, ut nemini dubium esset eo die utique affuturum. 2 Neque dissimulabat uelle se palmarum numerum ampliari; quare spectaculum multiplicatis missibus in serum protrahebatur, ne dominis quidem iam factionum dignantibus nisi ad totius diei cursum greges ducere. Mox et ipse aurigare atque etiam spectari saepius uoluit positoque in hortis inter seruitia et sordidam plebem rudimento uniuersorum se oculis in circo maximo praebuit, aliquo li- 3 berto mittente mappam unde magistratus solent. Nec contentus harum artium experimenta Romae dedisse, Achaiam, ut diximus, petit hinc maxime motus. Instituerant ciuitates, apud quas musici agones edi solent, omnes citharoedorum coronas ad ipsum mittere. Eas adeo grate recipiebat, ut legatos, qui pertulissent, non modo

---

22 **1** flagrauit] fraglauit *MLSA* • **2** uetaretur] ueteraretur *MR* • **3** prasini *M* **b** *A* : prasim *LSTB* prasum (-um *per compend.*) *P* prasinium (-um *per compend.*) *G* prasinum *recc. edd. post Beroaldum* • **4** paedagogo] magistro **b** • **6** circenses e secessu] circenses secessu *LPTNAB* circenses ecessu (circenseș secessu *Q m. 2*) *Q m. 1* circensi (circ- e Π^a) secessu Π *m. 1 et pro u. l. R in marg.* • **8** ampliari] ampliare ΠQ*STB et edd.* • **9** protrahebatur] protrahebantur *M* **b** • **11** spectari] spectare *M*

Ya de niño sentía una extraordinaria pasión por los caballos y 22
nada le gustaba tanto como hablar de los juegos circenses, a pesar de que lo tenía prohibido; y así, un día se lamentaba con sus condiscípulos de que un auriga de la facción de los verdes hubiese sido arrastrado por los caballos y al reprenderle el maestro se salió del paso con un embuste afirmando que se refería a Héctor.[1] En los comienzos de su reinado, no contento con jugar todos los días con cuádrigas sobre un tablero de juego, concurría, abandonando su finca de recreo, a todos los espectáculos circenses, por insignificantes que fueran, al principio de incógnito, luego abiertamente, de tal suerte que todo el mundo sabía que en tales ocasiones haría acto de presencia en Roma. Tampoco disimulaba su deseo de que 2
se aumentara el número de los premios, lo cual trajo como consecuencia que, habiéndose multiplicado las carreras, el espectáculo se prolongara hasta una hora muy avanzada de la tarde y que los jefes de los equipos no se dignasen hacer salir a la arena sus cuadrillas si no era para carreras que durasen todo el día. No tardó tampoco en querer exhibirse como auriga y dejarse ver con frecuencia en público; así que, dado por terminado el período de entrenamiento practicado en sus jardines, en presencia de sus esclavos y de la plebe sórdida, se ofreció a los ojos de todos los que quisieron verlo en el circo Máximo, encargando a uno de sus libertos que arrojara el lienzo[2] desde el mismo lugar que acostumbran los magistrados. Y no contento con haber dado en Roma estas muestras 3
de sus habilidades, se trasladó, como ya hemos dicho, a Acaya, impelido especialmente por la causa siguiente. Las ciudades en las que habitualmente se celebraban certámenes musicales habían adoptado la norma de enviarle todas las coronas de los cantores de cítara. Le causaba tanto placer recibirlas que no sólo concedía au-

[1] El famoso héroe troyano que vencido por Aquiles fue arrastrado por los caballos de éste en torno a los muros de Troya.

[2] Era la señal del principio de la carrera.

primos admitteret, sed etiam familiaribus epulis interponeret. A quibusdam ex his rogatus ut cantaret super caenam, exceptusque effusius, solos scire audire Graecos solosque se et studiis suis dignos ait. Nec profectione dilata, ut primum Cassiopen traiecit, statim ad aram Iouis Cassii cantare auspicatus certamina deinceps obiit omnia.

23 Nam et quae diuersissimorum temporum sunt, cogi in unum annum, quibusdam etiam iteratis, iussit et Olympiae quoque praeter consuetudinem musicum agona commisit. Ac ne quid circa haec occupatum auocaret detineretue, cum praesentia eius urbicas res egere a liberto Helio admoneretur, rescripsit his uerbis: «Quamuis nunc tuum consilium sit et uotum celeriter reuerti me, tamen suadere 2 et optare potius debes, ut Nerone dignus reuertar». Cantante eo ne necessaria quidem causa excedere theatro licitum est: Itaque et enixae quaedam in spectaculis dicuntur et multi taedio audiendi laudandique clausis oppidorum portis aut furtim desiluisse de muro aut morte simulata funere elati. Quam autem trepide anxieque certauerit, quanta aduersariorum aemulatione, quo metu iudicum, uix credi potest. Aduersarios, quasi plane condicionis eiusdem, obseruare, captare, infamare secreto, nonnumquam ex occursu maledictis incessere ac, si qui arte praecellerent,

---

5 Cassii] casii *recc. Sabellicus*

23 **14** ne] nec **b** • licitum est] licitum erat **a** *AB* • **16** clausis] clusis *MQ* • oppidorum] *deleuit Polak* • **17** funere] *deleuit Becker* • **20** captare] cantare *LPSA* causare *TB* cauillari *Bentley*

diencia, antes que a nadie, a los legados encargados de entregárselas, sino que incluso les sentaba en su mesa entre sus más íntimos amigos. En una ocasión, algunos de estos legados le rogaron que cantase en la sobremesa y le prodigaron unos aplausos tan frenéticos que Nerón exclamó: «Sólo los griegos saben escuchar y son dignos de mi arte», y, no demorando más la partida, tan pronto como hubo desembarcado en Casiope,[1] debutó en seguida como cantante ante el altar de Júpiter Casio y se presentó luego a todos los certámenes, uno tras otro.

Para lograrlo, agrupó en un año los certámenes correspondientes a las fechas más dispares e incluso hizo repetir algunos. Además organizó en Olimpia, innovación sin precedente, un certamen musical y, para que nada le distrajera ni reclamara su atención mientras estaba ocupado en tales actividades, contestó a su liberto Helio, que le advertía que la situación en Roma exigía su presencia, con las siguientes palabras: «Aunque tú en este momento me aconsejas y deseas que regrese cuanto antes, no obstante mejor sería que me aconsejaras y desearas que regresase digno de Nerón». Cuando cantaba, no se permitía a nadie salir del teatro, ni siquiera por motivos de imperiosa necesidad; así es que se cuenta que algunas mujeres dieron a luz durante las representaciones y que muchos espectadores, aburridos de tanto oírle y aplaudirle, al encontrarse con las puertas de los teatros cerradas, saltaron furtivamente desde lo alto del muro o bien, haciéndose pasar por muertos, fueron sacados al exterior para enterrarlos. Cuesta trabajo creer con cuánta zozobra y angustia participaba en los concursos, la envidia que le inspiraban sus rivales y el miedo que sentía hacia los jueces. A sus contrincantes, como si se hallase con ellos en el mismo plano, los observaba cuidadosamente, los espiaba, los difamaba en secreto, a veces cuando se cruzaba con ellos los cubría de improperios

23 2

[1] En la isla de Corfú.

3 conrumpere etiam solebat. Iudices autem prius quam inciperet reuerentissime adloquebatur, omnia se facienda fecisse, sed euentum in manu esse Fortunae; illos ut sapientis et doctos uiros fortuita debere excludere; atque, ut auderet hortantibus, aequiore animo recedebat, ac ne sic quidem sine sollicitudine, taciturnitatem pudoremque quorundam pro tristitia et malignitate arguens suspectosque sibi dicens.

24 In certando uero ita legi oboediebat, ut numquam excreare ausus sudorem quoque frontis brachio detergeret; atque etiam in tragico quodam actu, cum elapsum baculum cito resumpsisset, pauidus et metuens ne ob delictum certamine summoueretur, non aliter confirmatus est quam adiurante hypocrita non animaduersum id inter exultationes succlamationesque populi. Victorem autem se ipse pronuntiabat; qua de causa et praeconio ubique contendit. Ac ne cuius alterius hieronicarum memoria aut uestigium extaret usquam, subuerti et unco trahi abicique in latrinas omnium sta-
2 tuas et imagines imperauit. Aurigauit quoque plurifariam, Olympiis uero etiam decemiugem, quamuis id ipsum in rege Mithradate carmine quodam suo reprehendisset; sed excussus curru ac rursus repositus, cum perdurare non posset, destitit ante decursum; neque eo setius coronatus est. Decedens deinde prouinciam uniuersam libertate donauit simulque iudices ciuitate Romana et pecunia

---

1 conrumpere] corrumpere *G* **a** **b** *BA* • **4** auderet] adderet **b** *A* • **5** ne] nec **a** *A* • sic quidem] siquidam (sic- *G*) *MG*

24 **10** quodam] quondam *Bentley* • **14** contendit] condit *M* • **16** abicique] abcique *M* • **18** Mithradate *M* : mithridate *uel* mitrid- *reliqui codd.* • Decedens deinde] decedensque inde *Bentley*

y si alguno le aventajaba en el canto, incluso lo sobornaba. A los 3
jueces, en cambio, antes de comenzar, les hablaba con humildad
y les hacía presente que él había hecho cuanto estaba de su mano,
pero que el éxito dependía de la fortuna; por tanto que ellos, como
hombres sabios y doctos que eran, debían hacer caso omiso de los
accidentes fortuitos. Y al contestarle ellos dándole ánimos, se reti-
raba más sosegado; pero ni aun así, libre de ansiedad, pues inter-
pretaba el silencio y la circunspección de alguno de ellos como
frialdad y malquerencia y decía que recelaba de ellos.

En los certámenes, sin embargo, se atenía escrupulosamente al **24**
reglamento, hasta tal punto que no se atrevía nunca a escupir, e
incluso se enjugaba el sudor de la frente con el brazo. Más aún,
durante la representación de una tragedia, se le cayó de las manos
el cayado y, aunque lo recogió prestamente, fue, no obstante, tan
grande su zozobra y el miedo que le excluyeran del certamen que
sólo volvió a cobrar ánimos cuando su apuntador le aseguró bajo
juramento que nadie se había dado cuenta de aquel fallo en medio
de las ovaciones y aplausos del público. Él mismo se proclamaba
vencedor y es ésta la razón por la que en todos los certámenes
asumía también las funciones de los heraldos. Y, para que en nin-
gún rincón de la tierra subsistiera el recuerdo o el vestigio de los
otros vencedores de los juegos sagrados, hizo derribar las estatuas
y bustos de todos ellos, retirarlos con garfios y echarlos en las le-
trinas. Entró también en liza como auriga en muchos lugares; en 2
los juegos olímpicos guió incluso un carro tirado por diez caballos,
a pesar de que en uno de sus poemas había censurado al rey Mi-
trídates precisamente por esto mismo; pero expelido del carro y
de nuevo colocado en él, no pudo dominarlo, por lo cual desistió
antes de terminar la carrera, sin que ello fuera obstáculo para ser
coronado. Al abandonar Grecia, otorgó la libertad a toda la pro-
vincia y a los jueces el derecho de la ciudadanía romana, así como

grandi. Quae beneficia e medio stadio Isthmiorum die sua ipse uoce pronuntiauit.

25 Reuersus e Graecia Neapolim, quod in ea primum artem protulerat, albis equis introiit disiecta parte muri, ut mos hieronicarum est; simili modo Antium, inde Albanum, inde Romam; sed et Romam eo curru, quo Augustus olim triumphauerat, et in ueste purpurea distinctaque stellis aureis chlamyde coronamque capite gerens Olympiacam, dextra manu Pythiam, praeeunte pompa ceterarum cum titulis, ubi et quos quo cantionum quoue fabularum argumento uicisset, sequentibus currum ouantium ritu plausoribus,
2 Augustianos militesque se triumphi eius clamitantibus. Dehinc diruto circi maximi arcu per Velabrum forumque Palatium et Apollinem petit. Incedenti passim uictimae caesae sparso per uias identidem croco ingestaeque aues ac lemnisci et bellaria. Sacras coronas in cubiculis circum lectos posuit, item statuas suas citha-
3 roedico habitu, qua nota etiam nummum percussit. Ac post haec tantum afuit a remittendo laxandoque studio, ut conseruandae uocis gratia neque milites umquam, nisi absens aut alio uerba pronuntiante, appellaret neque quicquam serio iocoue egerit, nisi astante phonasco, qui moneret parceret arteriis ac sudarium

---

25 **3** e Graecia] a Graecia *PSTAB* • **5** sed et] sed *Torrentius* • **6** ueste] *deleuit Torrentius* • **8/9** ceterarum] ceterorum **b'** cytharedorum *N* • **12** maximi arcu] maxi arcu *M* • **13** petit] petiit ΠQA *uulg.* • **19** appellaret] appellarit *Bentley* • iocoue] locoue *M*

una fuerte suma de dinero. Estas mercedes las anunció él mismo de viva voz, desde el centro del estadio, el día de los juegos ístmicos.

25 A su regreso de Grecia entró en Nápoles, por ser ésta la ciudad en que había debutado como artista, en una carroza tirada por caballos blancos y a través de una brecha abierta en las murallas, como acostumbraban a hacerlo los vencedores de los juegos sagrados. Con igual pompa penetró en Ancio, luego en Albano y finalmente en Roma, pero en esta última subido en la misma carroza utilizada por Augusto al hacer tiempo atrás su entrada triunfal. Vestía un traje de púrpura y una clámide adornada con estrellas de oro, y llevaba en la cabeza la corona olímpica y en la mano derecha la pítica. Le precedían, formando un largo cortejo, las restantes coronas con inscripciones que explicaban dónde las había ganado y a quiénes, y cuál había sido el argumento de las canciones o de las piezas teatrales. Detrás de su carroza, como es de ritual en los desfiles triunfales, marchaban sus jaleadores [1] al grito de '¡Somos los augustianos y los soldados de su triunfo!'. Luego 2 atravesó el Velabro, para lo cual había hecho derribar previamente un arco del circo Máximo, y se dirigió al Palatino y al templo de Apolo. A su paso la multitud inmolaba víctimas por doquiera, cubría las calles con azafrán y le ofrecía pájaros, banderitas y dulces. Hizo colgar las coronas sagradas en las habitaciones ⟨de palacio⟩ en torno a los divanes, y junto a ellas estatuas suyas en traje de citaredo, e incluso hizo acuñar monedas que lo representaban con este traje. Y después de tales éxitos, tan lejos estuvo de descuidar u ol- 3 vidar su pasión por el canto que para conservar su voz, ya no volvió a arengar a sus soldados a no ser por escrito o haciendo pronunciar a otro sus palabras, ni volvió a tratar ningún asunto, grave o liviano, sin teñer a su lado su maestro de dicción para que le recordara que debía tener precaución con sus bronquios y que debía

[1] Cf. cap. 20, 3.

ad os applicaret; multisque uel amicitiam suam optulerit uel simultatem indixerit, prout quisque se magis parciusue laudasset.

26 Petulantiam, libidinem, luxuriam, auaritiam, crudelitatem sensim quidem primo et occulte et uelut iuuenili errore exercuit, sed ut tunc quoque dubium nemini foret naturae illa uitia, non aetatis esse. Post crepusculum statim adrepto pilleo uel galero popinas inibat circumque uicos uagabatur ludibundus nec sine pernicie tamen, siquidem redeuntis a cena uerberare ac repugnantes uulnerare cloacisque demergere assuerat, tabernas etiam effringere et expilare; quintana domi constituta, ubi partae et ad lici-
2 tationem diuendendae praedae pretium adsumeretur. Ac saepe in eius modi rixis oculorum et uitae periculum adiit, a quodam laticlauio, cuius uxorem adtrectauerat, prope ad necem caesus. Quare numquam postea publico se illud horae sine tribunis commisit procul et occulte subsequentibus. Interdiu quoque clam gestatoria sella delatus in theatrum seditionibus pantomimorum e parte proscaeni superiore signifer simul ac spectator aderat; et cum ad manus uentum esset lapidibusque et subselliorum fragminibus decerneretur, multa et ipse iecit in populum atque etiam praetoris caput consauciauit.

27 Paulatim uero inualescentibus uitiis iocularia et latebras omisit
2 nullaque dissimulandi cura ad maiora palam erupit. Epulas a

---

26 **3** luxuriam] luxoriem *M* luxuriem *T* • **4** errore exercuit] feruore exeruit *Bentley* • **5** ut] et *MGR* • **6** galero] galerio *MLPOSA* • **11** diuendendae *Torrentius* : diuidendae *codd. Ihm Ailloud* • adsumeretur (ass-) Π *recc.* : absumeretur *codd. Ihm Ailloud* • **14** publico] a publico *MGΠ²R* publicae (ae *per compend.*) *L(a. corr.) S(a. corr.)* • **17** simul ac spectator] simul aspectator *M*

taparse la boca con un pañuelo, y, en fin, a muchos brindó su amistad o les declaró enemigos suyos, según si le habían prodigado o escatimado sus elogios.

Exteriorizó al principio gradualmente y en secreto, como si se **26**
tratase de desvaríos juveniles, su petulancia, su lujuria, su extravagancia, su avaricia y su crueldad; pero ya entonces en forma tal que nadie dudó que aquellos vicios eran congénitos y no imputables a la edad. En cuanto oscurecía se tocaba con un gorro o una peluca y así ataviado recorría las tabernas y merodeaba por las calles solazándose en hacer daño: molía a palos a los que regresaban de alguna cena y, si ofrecían resistencia, les hería de gravedad y los echaba por las cloacas; forzaba incluso las puertas de las tiendas y entraba en ellas a saco; había incluso organizado una lonja en palacio para adinerar en ella el botín conquistado y venderlo en pública subasta. Varias veces, en reyertas de esta índole, corrió el 2
peligro de perder los ojos y la vida; así, en una ocasión un senador le propinó una paliza tan fuerte por haberse propasado con su mujer que le dejó casi sin vida. Por esta razón, después de aquel lance ya no volvió a salir nunca más por las calles a aquella hora, a menos que sus tribunos le siguiesen de lejos y procurando pasar desapercibidos. También de día se hacía conducir clandestinamente al teatro en una litera cerrada y desde la parte alta del proscenio presenciaba los espectáculos y estimulaba y provocaba las pendencias entre los partidarios de los distintos actores de pantomimas y, como en una ocasión los espectadores hubiesen llegado a las manos y lucharan unos contra otros arrojándose piedras y maderos de los asientos, él también arrojó contra el público cuanto tenía a su alcance e incluso descalabró la cabeza de un pretor.

Poco a poco, al ir echando raíces sus vicios, abandonó las chi- **27**
quilladas y los tapujos y se entregó abiertamente a excesos más

medio die ad mediam noctem protrahebat, refotus saepius calidis piscinis ac tempore aestiuo niuatis; cenitabatque nonnumquam et in publico, naumachia praeclusa uel Martio campo uel circo maximo, inter scortorum totius urbis et ambubaiarum ministeria.
3 Quotiens Ostiam Tiberi deflueret aut Baianum sinum praeternauigaret, dispositae per litora et ripas deuersoriae tabernae parabantur insignes ganea et matronarum institorio copas imitantium atque hinc inde hortantium ut appelleret. Indicebat et familiaribus cenas, quorum uni mitellita quadragies sestertium constitit, alteri pluris aliquanto rosaria.

28 Super ingenuorum paedagogia et nuptarum concubinatus Vestali uirgini Rubriae uim intulit. Acten libertam paulum afuit quin iusto sibi matrimonio coniungeret, summissis consularibus uiris qui regio genere ortam peierarent. Puerum Sporum exectis testibus etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus cum dote et flammeo per sollemnia nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro uxore habuit; extatque cuiusdam non inscitus iocus bene agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius pater talem habuisset
2 uxorem. Hunc Sporum, Augustarum ornamentis excultum lectica-

---

27 3 Martio] a martio *MG* **b** • 4 ambubaiarum] ambularum *M* • 5 aut] aut ad **b** • 7 ganea *Salmasius* : ganeae *codd.* • institorio copas (copiis Π *a. corr. Q* copias Π^{s}) **b**] institor (institutor *P*) loco pas M **a** institutor iocopas *G* institorias operas *uel* institorum loco passim *edd. uet.* • 8 hortantium **a** : ornantium *M* orantium *G* **b** • appelleret] appellaret *GQLPT*

28 14 exectis *MR* : exsectis *cett.* • 16 sollemnia *recc. Oudendorpius* : sollemni *codd.* sollemne *Turnebus* • 18 habuisset] habuissem *M (a. corr.)*

graves, sin preocuparse lo más mínimo en disimularlos. Prolon- 2
gaba sus comidas desde mediodía hasta medianoche, reanimando a menudo su cuerpo en piscinas de agua templada o helada en verano. Comía también alguna vez que otra en público, en el recinto donde se celebró la naumaquia,[1] cerrado previamente, en el campo de Marte o en el circo Máximo; en tales ocasiones se hacía servir por todas las prostitutas y bayaderas de la ciudad. Siempre que 3
descendía a Ostia por el Tíber o que costeaba el golfo de Bayas, se preparaban a lo largo de las orillas ⟨del río⟩ y de la playa posadas, conspicuas por sus orgías y porque eran atendidas por matronas que imitaban a las posaderas y que desde ambas orillas le invitaban a tomar tierra. Gustaba hacerse invitar a comer por sus amigos; a uno de éstos una cena en la que se usaban mitras de seda le costó cuatro millones de sestercios y a otro un banquete con esencia de rosa aún mucho más.

Además de mantener comercio sexual con muchachos de buena **28**
familia y mujeres casadas, violó a una virgen vestal llamada Rubria. Poco faltó para que se uniera en matrimonio legítimo con su liberta Acte; para ello sobornó a varios ex cónsules, para que declarasen en falso bajo juramento que procedía de estirpe real. Hizo castrar a un muchacho llamado Esporo para transformarlo así en mujer y luego lo hizo conducir a palacio, acompañado por un numeroso séquito, con la dote y el velo nupcial, ajustándose en todo al ceremonial que se practica en los casamientos, y lo trató como si fuera su mujer. Se recuerda todavía el mordaz comentario de un testigo de tales hechos, el cual dijo que indudablemente hubiera sido una gran suerte para la humanidad si Domicio, el padre ⟨de Nerón⟩, se hubiese casado con una mujer como aquélla. Se hacía acompañar 2
de este muchacho, ataviado con las galas de las emperatrices y llevado en litera, por los centros judiciales y mercados de Grecia

[1] Cf. Aug. cap. 43, 1, y Tib., 72, 1.

que uectum, et circa conuentus mercatusque Graeciae ac mox Romae circa Sigillaria comitatus est identidem exosculans. Nam matris concubitum appetisse et ab obtrectatoribus eius, ne ferox atque impotens mulier et hoc genere gratiae praeualeret, deterritum nemo dubitauit, utique postquam meretricem, quam fama erat Agrippinae simillimam, inter concubinas recepit. Olim etiam quotiens lectica cum matre ueheretur, libidinatum inceste ac maculis uestis proditum affirmant.

29 Suam quidem pudicitiam usque adeo prostituit, ut contaminatis paene omnibus membris nouissime quasi genus lusus excogitaret, quo ferae pelle contectus emitteretur e cauea uirorumque ac feminarum ad stipitem deligatorum inguina inuaderet et, cum affatim desaeuisset, conficeretur a Doryphoro liberto; cui etiam, sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit, uoces quoque et heiulatus uim patientium uirginum imitatus. Ex nonnullis comperi persuasissimum habuisse eum neminem hominem pudicum aut ulla corporis parte purum esse, uerum plerosque dissimulare uitium et callide optegere, ideoque professis apud se obscenitatem cetera quoque concessisse delicta.

30 Diuitiarum et pecuniae fructum non alium putabat quam profusionem, sordidos ac deparcos esse quibus impensarum ratio

---

3 ab *Q recc.* : ad Π *om. cett. inde* ab rectoribus *Bentley* • **5-6** quam — simillimam] quam fama erat Agrippinae ⟨esse⟩ simillimam *Madvig* quae forma erat Agrippinae simillima *Becker* • **7** ac] a *PO* et *B recc. om. T Becker* ex *Gruterius* • **8** affirmant] affirmabant *M*

29 **10** paene] poene *M* plene *G* pene *cett.* • excogitaret] excogitarit *Bentley* • **12** stipitem] stipem *M* **b** • inuaderet] euaderet *M* • **14** heiulatus *MG* : eiulatus *cett.* • **16** hominem] hominum *M*

y luego, en Roma, por el barrio de los sigilarios,[1] y le cubría constantemente de besos. Deseó ardientemente tener trato carnal con su madre, pero le disuadieron los enemigos de Agripina para evitar que aquella mujer, ya de por sí soberbia y ambiciosa, tuviera aún más valimiento si ejercía sobre él una influencia de esta índole. Ésta es cosa que nadie duda después que recibió entre sus concubinas a una meretriz que, según dicen, tenía un extremo parecido con Agripina. Se asegura también que en los primeros tiempos siempre que salía en litera con su madre se dejaba dominar por aquella incestuosa pasión y que esto se evidenciaba por las manchas de sus vestidos.

Prostituyó su propio recato hasta el punto que, después de **29**
haber envilecido todos sus miembros, ideó a la postre un, por así llamarlo, nuevo género de placer: hacía que lo soltaran de una jaula cubierto con una piel de fiera y se precipitaba sobre los órganos sexuales de hombres y mujeres atados a unos postes y después de haber saciado sus crueles instintos se hacía cubrir por su propio liberto Doriforo, a quien servía de mujer, como Esporo a él, imitando en tales ocasiones los gritos y los gemidos de las mujeres al ser violadas. He averiguado por distintos conductos que estaba firmemente convencido que no había ningún hombre ajeno a la pederastia o que no hubiese envilecido todas las partes de su cuerpo, pero que la mayoría se esforzaba en disimular este vicio y lo ocultaban hipócritamente; de ahí que aquellos que se declaraban ante él reos de obscenidad les perdonaba también los otros delitos.

Reputaba que las riquezas y el dinero servían sólo para derro- **30**
charlos, y decía que eran avaros y tacaños los que llevaban la cuenta de sus gastos y que, en cambio, eran espléndidos y rumbo-

[1] Cf. Claud., 5, 1.

constaret, praelautos uereque magnificos qui abuterentur ac perderent. Laudabat mirabaturque auunculum Gaium nullo magis nomine, quam quod ingentis a Tiberio relictas opes in breui
2 spatio prodegisset. Quare nec largiendi nec absumendi modum tenuit. In Tiridatem, quod uix credibile uideatur, octingena nummum milia diurna erogauit abeuntique super sestertium milies contulit. Menecraten citharoedum et Spiculum myrmillonem triumphalium uirorum patrimoniis aedibusque donauit. Cercopithecum Panerotem faeneratorem et urbanis rusticisque praediis locupletatum prope regio extulit funere. Nullam uestem bis induit.
3 Quadringenis in punctum sestertiis aleam lusit. Piscatus est rete aurato et purpura coccoque funibus nexis. Numquam minus mille carrucis fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canusinatis mulionibus, armillata faleratagque Mazacum turba atque cursorum.

31 Non in alia re tamen damnosior quam in aedificando, domum a Palatio Esquilias usque fecit, quam primo 'Transitoriam', mox incendio absumptam restitutamque 'Auream' nominauit. De cuius spatio atque cultu suffecerit haec ret⟨t⟩ulisse. Vestibulum eius fuit, in quo colossus CXX pedum staret ipsius effigie; tanta laxitas, ut porticus triplices miliarias haberet; item stagnum maris instar,

---

30 **3** in breui] tam breui *uel* in bienni *Bentley* • **4** absumendi] assumendi *M* • **5** Tiridatem] tiriditatem *ML (a. corr.) OPSRA* • **7** Spiculum *Beroaldus (cf. infra 47, 3)* : speculum *codd.* • **8** uirorum] uiuorum *MLPOSRA* • **9** et urbanis] et *deleuit Torrentius* • **11/12** rete aurato **b** *B* : ueste aurato *M (inde* reste *Salmasius)* ueste aurata *G* **a** *A* retibus aureis *H (cf.* Eutrop. *VII 14, 1* Oros. *VII 7, 3)* • **12** et purpura] purpura *GTNB* • **14** faleratagque Mazacum *Salmasius* (Mazycum *Roth)* : phalerata (faler- *M* phalera *G)* cimazacum *MG* **a** *R* et phalerata cimazacum *QA et similiter* Π • **14/15** cursorum] cussorem *M*

31 **16** alia re *GΠQ* : alia tamen re *N* aliena re *cett.* • **20** effigie (e *finalis in ras.) M* : effigiae *(per compend.) LPSA* effigiei *G* **b** *B* effigies *T* • **21** haberet] habet *M*

sos de verdad los que disipaban y despilfarraban sus fortunas. Lo que más alababa y admiraba de su tío Gayo [1] era que había sabido derrochar en tan poco tiempo las inmensas riquezas atesoradas por Tiberio. Por esta razón no tuvo límites en sus liberalidades ni en 2
sus despilfarros. Para obsequiar a Tirídates [2] gastó — aunque esto pueda parecer inverosímil — ochocientos mil sestercios por día, y cuando se marchó puso en sus manos más de cien millones. Regaló al citaredo Menecrates y al gladiador Espiculo patrimonios y palacios como los que se ofrecen a los generales que han obtenido los honores del triunfo. Enriqueció al usurero Cercopiteco Panerote con predios rústicos y urbanos, y, a su muerte, le tributó unas exequias casi regias. No se puso nunca dos veces el mismo traje. Ju- 3
gaba a los dados apostando cuatrocientos mil sestercios por cada punto. Pescaba con una red de oro entretejida con cuerdas de púrpura y escarlata. Se dice que nunca emprendía un viaje con menos de mil carruajes; sus mulas iban calzadas con herraduras de plata, sus mulateros vestían lana de Canosa y le seguían un enjambre de mazacos [3] y mandaderos cubiertos de brazaletes y collares.

Pero en ningún capricho gastó tanto dinero como en el de la **31**
construcción. Edificó un palacio que se extendía desde el monte Palatino hasta el Esquilino, al cual llamó primero la Casa de Tránsito y luego, cuando la hubo reconstruido, después del incendio que la redujo a cenizas, la Casa Dorada. Sobre sus dimensiones y magnificencia serán probablemente suficientes los siguientes datos: su vestíbulo era tan grande que albergaba una estatua colosal de ciento veinte pies de altura que reproducía su propia figura; eran tales sus dimensiones que tenía unos pórticos de tres columnas que se prolongaban a lo largo de una milla; un estanque, a imitación

1 El emperador Calígula. Cf. cap. 37, 3.
2 Cf. cap. 13.
3 Pueblo de la Mauritania famoso por sus jinetes.

circumsaeptum aedificiis ad urbium speciem; rura insuper aruis atque uinetis et pascuis siluisque uaria, cum multitudine omnis
2 generis pecudum ac ferarum. In ceteris partibus cuncta auro lita, distincta gemmis unionumque conchis erant; cenationes laqueatae tabulis eburneis uersatilibus, ut flores, fistulatis, ut unguenta desuper spargerentur; praecipua cenationum rotunda, quae perpetuo diebus ac noctibus uice mundi circumageretur; balineae marinis et Albulis fluentes aquis. Eius modi domum cum absolutam dedicaret, hactenus comprobauit, ut se diceret quasi hominem tandem
3 habitare coepisse. Praeterea incohabat piscinam a Miseno ad Auernum lacum contectam porticibusque conclusam, quo quidquid totis Bais calidarum aquarum esset conuerteretur; fossam ab Auerno Ostiam usque, ut nauibus nec tamen mari iretur, longitudinis per centum sexaginta milia, latitudinis, qua contrariae quinqueremes commearent. Quorum operum perficiendorum gratia quod ubique esset custodiae in Italiam deportari, etiam scelere conuic-
4 tos non nisi ad opus damnari praeceperat. Ad hunc impendiorum furorem, super fiduciam imperii, etiam spe quadam repentina immensarum et reconditarum opum impulsus est ex indicio equitis R(omani) pro comperto pollicentis thesauros antiquissimae gazae,

---

4 erant] erat *M* **a** • **5** fistulatis] fistulis **a** *AB* fistulatae *Casaubonus* • **6** spargerentur] aspargerentur (a *expuncta*) *M* • **9** hactenus] haectenus *M* • **15/16** quod — esset] quod — essent *recc.* quot — essent *Lipsius* • **16** custodiae] custodiarum *Torrentius Casaubonus* • scelere] ⟨in⟩ scelere *Bentley Müller*

del mar, circundado de edificios que ofrecían el aspecto de ciudades; y, por si fuera poco, cortijos con sus campos de trigo, con sus viñedos, pastos y bosques poblados de animales salvajes y domésticos de toda clase y en gran número. En las restantes partes todo 2
estaba recubierto de oro y adornado de piedras preciosas y conchas de piedras. Los comedores estaban artesonados con tablillas de marfil movibles y perforadas para poder echar desde lo alto flores y perfumes. El comedor de gala era circular y su bóveda dispuesta en forma que daba vueltas de día y de noche imitando el firmamento. Disponía de cuartos de baño a los que llegaba agua de mar y de las termas de Albula.[1] Al inaugurar, una vez terminada la obra, este maravilloso palacio, Nerón no escatimó los elogios y exclamó: «Por fin empiezo a estar alojado como un hombre». Em- 3
pezó además a construir una piscina, desde Misena hasta el Averno, cubierta y rodeada de pórticos, con el propósito de hacer confluir en ella todas las fuentes termales que había en las cercanías de Bayas; inició asimismo la perforación de un canal, desde el Averno hasta Ostia, que permitiera el acceso hasta esta ciudad en barco, pero sin necesidad de adentrarse en el mar; este canal debía tener una longitud de ciento sesenta mil pasos y una anchura que permitiera que se cruzasen dos trirremes marchando en dirección contraria. Para llevar a cabo esta obra, ordenó que fuesen trasladados a Italia todos los presos que había en cualquier lugar del imperio y que incluso los convictos de asesinato fueran sancionados únicamente a trabajos forzados. Le impulsaron a este frenético des- 4
pilfarro no sólo la confianza que tenía en los recursos del imperio, sino que también una, por así decir, repentina esperanza de hallar inmensas y recónditas riquezas. Había dado pábulo a la misma la palabra de un caballero romano que le hizo creer como cosa abso-

1 Fuentes sulfurosas que brotaban cerca de Tívoli, no lejos de Roma. Cf. Aug., 82, 2.

quos Dido regina fugiens Tyro secum extulisset, esse in Africa uastissimis specubus abditos ac posse erui paruula molientium opera.

32 Verum ut spes fefellit, destitutus atque ita iam exhaustus et egens ut stipendia quoque militum et commoda ueteranorum protrahi ac differri necesse esset, calumniis repinisque intendit ani-
2 mum. Ante omnia instituit, ut e libertorum defunctorum bonis pro semisse dextans ei cogeretur, qui sine probabili causa eo nomine essent, quo fuissent ullae familiae quas ipse contingeret; deinde, ut ingratorum in principem testamenta ad fiscum pertinerent, ac ne impune esset studiosis iuris, qui scripsissent uel dictassent ea; tunc ut lege maiestatis facta dictaque omnia, quibus modo delator
3 non deesset, tenerentur. Reuocauit et praemia coronarum, quae umquam sibi ciuitates in certaminibus detulissent. Et cum interdixisset usum amethystini ac Tyrii coloris summisissetque qui nundinarum die pauculas uncias uenderet, praeclusit cunctos negotiatores. Quin etiam inter canendum animaduersam matronam in spectaculis uetita purpura cultam demonstrasse procuratoribus suis
4 dicitur detractamque ilico non ueste modo sed et bonis exuit. Nulli delegauit officium ut non adiceret: «Scis quid mihi opus sit», et: «Hoc agamus, ne quis quicquam habeat». Vltimo templis com-

---

32 **8** ei cogeretur, qui] cogeretur ⟨si⟩ qui *Lipsius* cogeretur ⟨et ut liberti haberentur⟩ qui *Madvig* • **9** essent, quo fuissent] esset quo fuissent *Ursinus* fuissent quo essent *Casaubonus* essent quo *Becker* • **11** iuris *M* : uiris *GIIPSTAB et forte in LQR* • **13** quae] quas *Bentley* • **17** animaduersam] animaduersum **a** *AB* • **21/1** *(p. 98)* compluribus] compluris *MG*

lutamente cierta que los cofres que contenían el legendario tesoro que la reina Dido al huir de Tiro se había llevado consigo, se hallaban en África escondidos en unas inmensas cavernas y que por tanto podían ser rescatados con la módica ayuda de unos zapadores.

Pero cuando se hubo desvanecido esta esperanza, desilusionado, y ya empobrecido y exhausto, hasta el extremo de verse obligado a diferir y demorar la paga de los soldados y las pensiones de los veteranos, aplicó su ánimo a las calumnias y al robo. Dispuso, como primera medida, que en vez de la mitad recaudasen para él las cinco sextas partes de las herencias de los libertos que, sin causa justificada, hubiesen usado el nombre gentilicio de familias con las que estuviese él mismo emparentado; ordenó luego que revertieran al fisco los testamentos de las personas que se hubiesen mostrado ingratas para con su emperador y que se sancionase a los abogados que hubiesen escrito o dictado tales testamentos, así como que se persiguiesen como crímenes de lesa majestad las palabras y acciones que cualquier delator denunciase. Reclamó incluso el importe de las coronas que en cualquier ocasión le habían otorgado las ciudades en los certámenes. Prohibió el uso de los colores de púrpura y violeta, pero poco después envió bajo mano, un día de mercado, a un agente suyo para que vendiera unas pocas onzas de las mismas mercancías, y con este pretexto clausuró las tiendas de todos los que traficaban con ellas. Más aún, se cuenta que durante uno de sus recitales vio entre los espectadores a una matrona que, contraviniendo sus ordenanzas, llevaba un vestido de púrpura, y al punto la señaló a sus agentes para que la condujeran a su presencia y, después de arrancarle el vestido, le confiscó sus bienes. No confería ningún cargo a nadie sin hacerle la siguiente advertencia: «Ya sabes qué es lo que me hace falta» y «Arréglame las cosas de manera que nadie tenga nada». Sustrajo, por último, las ofrendas de muchos templos y fundió las estatuas de oro y

32 2 3 4

pluribus dona detraxit simulacraque ex auro uel argento fabricata conflauit, in iis Penatium deorum, quae mox Galba restituit.

33 Parricidia et caedes a Claudio exorsus est; cuius necis etsi non auctor, at conscius fuit, neque dissimulanter, ut qui boletos, in quo cibi genere uenenum is acceperat, quasi deorum cibum posthac prouerbio Graeco conlaudare sit solitus. Certe omnibus rerum uerborumque contumeliis mortuum insectatus est, modo stultitiae modo saeuitiae arguens; nam et 'morari' eum desisse inter homines producta prima syllaba iocabatur multaque decreta et constituta, ut insipientis atque deliri, pro irritis habuit; denique bustum eius
2 consaepiri nisi humili leuique maceria neglexit. Britannicum non minus aemulatione uocis, quae illi iucundior suppetebat, quam metu ne quandoque apud hominum gratiam paterna memoria praeualeret, ueneno adgressus est. Quod acceptum a quadam Lucusta, uenenorum indice, cum opinione tardius cederet uentre modo Britannici moto, accersitam mulierem sua manu uerberauit arguens pro ueneno remedium dedisse; excusantique minus datum ad occultandam facinoris inuidiam: «Sane», inquit, «legem Iuliam

---

2 in iis] in ius **a** *AB* in his *GΠQ*

33 **10** deliri] deleri *M* • **11** consaepiri] consepire *Bentley* • maceria *Gutherius* : materia *codd.* • **14/15** Lucusta] locusta *QLP(a. corr.)TB item infra 3, l. 8, p. 99* • **15** uenenorum indice *B Guietus* : uenenariorum indice *pleriq. codd. Ihm* ueneïorum inclite *T* uenenariorum inclyta *recc.* uenenariarum inclyta *Oudendorpius* uenenorum uenditrice *uel* uenenaria institrice *Heinsius* uenenorum rariorum indice *Madvig* uenenorum uariorum indice *Ailloud (proposuerat Ihm, Hermes 36, p. 296)* • **16** accersitam] acersitam *MT* arcessitam *LSOA*

plata, entre ellas las de los dioses Penates; pero estas últimas fueron más tarde esculpidas de nuevo por orden de Galba.

Comenzó la serie de sus parricidios y asesinatos con Claudio, **33**
pues, si bien es cierto que no fue el autor del mismo, fue, no obstante, cómplice de dicho asesinato y no se tomó nunca el trabajo de disimularlo; pues acostumbraba a encomiar las setas, género de alimento con el cual fue suministrado el veneno a Claudio; decía, en efecto, de ellas, citando un proverbio griego, que era un manjar de los dioses.[1] Lo cierto es que escarneció al difunto emperador con toda clase de injurias, tanto de palabra como de obra, pues le echaba en cara unas veces su estupidez, otras su crueldad; decía, por ejemplo, que había dejado de *morari*[2] entre los hombres, jugando con el doble significado de esta palabra, cuya primera sílaba alargaba. Anuló muchos de sus decretos y disposiciones bajo el pretexto que eran obra de un necio; finalmente, tuvo la desconsideración de cercar su sepultura con sólo una tapia baja y de poco espesor. Acabó con Británico valiéndose del veneno y ello tanto 2
porque envidiaba su voz, más agradable que la suya, como por miedo de que algún día le aventajara en popularidad a causa del buen recuerdo que había dejado su padre. Le proporcionó el veneno una mujer llamada Locusta, experta en drogas, pero como actuara más lentamente de lo previsto, ocasionando a Británico únicamente una descomposición intestinal, mandó a por aquella mujer a la que golpeó con sus propias manos y acusó de haberle dado una medicina en vez de un veneno, y como ella se excusara diciendo que había suministrado una dosis pequeña para disimular un crimen tan odioso, Nerón replicó: «Claro, tengo miedo a la ley

---

1 Alusión a la divinización de Claudio.

2 Juego de palabras intraducible, pues *mŏrari* significa 'morar', 'habitar'; en cambio *mōrari* (del griego μωρός), 'hacer el idiota'.

timeo», coegitque se coram in cubiculo quam posset uelocissimum
3 ac praesentaneum coquere. Deinde in haedo expertus, postquam is quinque horas protraxit, iterum ac saepius recoctum porcello obiecit; quo statim exanimato inferri in triclinium darique cenanti secum Britannico imperauit. Et cum ille ad primum gustum concidisset, comitiali morbo ex consuetudine correptum apud conuiuas ementitus postero die raptim inter maximos imbres tralaticio extulit funere. Lucustae pro nauata opera impunitatem praediaque ampla, sed et discipulos dedit.

34 Matrem facta dictaque sua exquirentem acerbius et corrigentem hactenus primo grauabatur, ut inuidia identidem oneraret quasi cessurus imperio Rhodumque abiturus, mox et honore omni et potestate priuauit abductaque militum et Germanorum statione contubernio quoque ac Palatio expulit; neque in diuexanda quicquam pensi habuit, summissis qui et Romae morantem litibus et in secessu quiescentem per conuicia et iocos terra marique praeteruehentes inquietarent. Verum minis eius ac uiolentia territus
2 perdere statuit; et cum ter ueneno temptasset sentiretque antidotis praemunitam, lacunaria, quae noctu super dormientem laxata ma-

---

8 praediaque] praemiaque *Bentley*

34 **10/11** corrigentem] corripientem *Bentley* · **14** in diuexanda] in deuexanda **a** *B* inde uexando *Bentley* · **15/16** et in secessu] et incessu *MG* · **19** lacunaria] lucunaria *M*

Julia»,[1] y la obligó a preparar en su presencia y en su propia alcoba un veneno mucho más rápido y activo. Lo ensayó inmediata- 3
mente en un cabrito y como éste viviera aún cinco horas, lo hizo cocer y recocer varias veces y, al término de estas manipulaciones, lo suministró a un cochinillo que murió al instante; entonces dio la orden de que lo llevaran al comedor y lo dieran a Británico que cenaba con él. Cayó éste al primer sorbo como fulminado por un rayo, pero Nerón fingió ante sus invitados que le había sobrecogido uno de sus habituales ataques de epilepsia y al día siguiente lo hizo enterrar a toda prisa sin ninguna pompa y bajo una lluvia torrencial. Concedió a Locusta, por los servicios prestados, la impunidad, vastos predios e incluso discípulos.

Le molestaba profundamente que su madre pretendiera indagar **34**
lo que hacía y decía y que incluso a veces le reprendiera acerbamente, pero al principio se limitaba a provocar contra ella la indignación popular, para lo cual decía que se disponía a abdicar y a refugiarse en Rodas; más tarde la despojó de todos los honores y prerrogativas, le retiró su escolta de soldados ⟨romanos⟩ y germanos y la alejó de su presencia y de palacio. No reparó en medio alguno para vejarla hasta el extremo de enviar a secuaces suyos para que la molestasen promoviendo pleitos contra ella cuando residía en Roma y, cuando descansaba en el campo, pasando junto a su residencia por tierra y por mar con orden de colmarla de denuestos y de burlas. Mas, asustado por sus amenazas y su violenta reacción, decidió librarse de ella. Tres veces intentó envenenarla, 2
pero, al percatarse que estaba inmunizada gracias a los antídotos, encargó que dispusieran el artesonado ⟨de su dormitorio⟩ en forma tal que al accionar un mecanismo se derrumbara de noche sobre ella mientras durmiera. Esta estratagema no fue mantenida suficien-

[1] Ley promulgada por Julio César, la cual, entre otros extremos, imponía graves sanciones a los que utilizaban venenos.

china deciderent, parauit. Hoc consilio per conscios parum celato, solutilem nauem, cuius uel naufragio uel camarae ruina periret, commentus est atque ita reconciliatione simulata iucundissimis litteris Baias euocauit ad sollemnia Quinquatruum simul celebranda; datoque negotio trierarchis, liburnicam qua aduecta erat uelut fortuito concursu confringerent, protraxit conuiuium repetentique Baulos in locum corrupti nauigii machinosum illud optulit, hilare prosecutus atque in digressu papillas quoque exosculatus. 3 Reliquum temporis cum magna trepidatione uigilauit opperiens coeptorum exitum. Sed ut diuersa omnia nandoque euasisse eam comperit, inops consilii L. Agermum libertum eius saluam et incolumem cum gaudio nuntiantem, abiecto clam iuxta pugione, ut percussorem sibi subornatum arripi constringique iussit, matrem 4 occidi, quasi deprehensum crimen uoluntaria morte uitasset. Adduntur his atrociora nec incertis auctoribus: ad uisendum interfectae cadauer accurrisse, contrectasse membra, alia uituperasse, alia laudasse, sitique interim oborta bibisse. Neque tamen conscientiam sceleris, quanquam et militum et senatus populique gratula-

---

2 camarae] camare *ML* camerae (ae *per compend.*) *uel* camere *cett.* • **4** Quinquatruum *Gronovius* : quinquatrum *ML* **b** *A* quinquatrium *GPTB uulg.* quinquennalium *S* • **5** trierarchis] tetrarchis (tretr- *S* tethr- *P*) **a** *AB* • **6** concursu] concurcusu *M (a. corr.)* concussu *Salmasius* • **6/7** repetentique] repentique *MII (a. corr.) Q (a. corr.)* • **8** hilare] et hilare **b** *AB* ad mare *Bentley* • **11** L. Agermum] lagermum (lagernium *TAB*) *MGII (a. corr.) QSTAB (cf.* Tac. *ann. XIV, 7, 9)* lagerinum *cett.* L. Agerinum *recc.* Agerinum *Turnebus* • **15** nec incertis] sed incertis *Lipsius* • **17/18** conscientiam sceleris] sceleris conscientiam **b**

temente en secreto por las personas que en ella intervenían, por lo cual ideó una nave fácil de desacoplar a fin de que Agripina hallara la muerte en ella, sea por naufragio sea por venirse abajo el techo de su camarote. Tomadas estas medidas, fingió que deseaba reconciliarse con ella, para lo cual le escribió una carta muy cariñosa invitándola a reunirse con él en Bayas [1] para celebrar juntos las fiestas en honor a Minerva. Encargó luego a los capitanes de sus trirremes que simulando un abordaje fortuito dejasen malparada la nave libúrnica que había conducido a Agripina hasta allí, y él, por su parte, procuró que se prolongara mucho la sobremesa y cuando ella se dispuso a regresar de nuevo a Baulos le ofreció, en sustitución de su maltrecho navío, el que había hecho construir para engañarla, y la acompañó amablemente e incluso en el momento de separarse cubrió de besos su pecho. Pasó el resto 3
de la noche en vela preso de una gran agitación esperando el resultado de su plan. Mas, cuando se enteró que los acontecimientos se habían desarrollado en forma muy distinta de lo previsto y que Agripina había ganado la orilla a nado, no sabiendo ya qué partido tomar, dejó caer disimuladamente un puñal a los pies de L. Agermo, liberto de su madre, el cual lleno de gozo le traía la noticia que estaba sana y salva, y acto seguido ordenó que lo detuvieran y encarcelaran, como si se tratase de un sicario sobornado para atentar contra su vida y que pusieran fin a la vida de su madre, con el propósito de simular que se había suicidado voluntariamente para evitar el castigo de su flagrante delito. Autores dignos de crédito 4
acumulan a éstos otros detalles aún más atroces; dicen, en efecto, que Nerón acudió presuroso a contemplar el cadáver de Agripina, que palpó sus miembros censurando unos y alabando otros, y que entretanto tuvo sed y bebió. Pero la verdad es que a partir de aquel momento no pudo soportar los remordimientos que experimentaba

1 En la residencia imperial situada en Putéolos, entre Bayas y Miseno.

tionibus confirmaretur, aut statim aut umquam postea ferre potuit, saepe confessus exagitari se materna specie uerberibusque Furiarum ac taedis ardentibus. Quin et facto per Magos sacro cuocare Manes et exorare temptauit. Peregrinatione quidem Graeciae et Eleusinis sacris, quorum initiatione impii et scelerati uoce praeconis summouentur, interesse non ausus est. Iunxit parricidio matris amitae necem. Quam cum ex duritie alui cubantem uisitaret, et illa tractans lanuginem eius, ut assolet iam grandis natu per blanditias forte dixisset: «Simul hanc excepero, mori uolo», conuersus ad proximos confestim se positurum uelut irridens ait praecepitque medicis ut largius purgarent aegram; necdum defunctae bona inuasit suppresso testamento, ne quid abscederet.

35 Vxores praeter Octauiam duas postea duxit: Poppaeam Sabinam quaestorio patre natam et equiti R(omano) ante nuptam, deinde Statiliam Messalinam Tauri bis consulis ac triumphalis abneptem. Qua ut poteretur, uirum eius Atticum Vestinum consulem

---

3 per Magos] per magros *M* per manes *G* • **7** duritie] duritiae *M* duriciae *P* duritia *cett. (cf. Claud. 14)* • **8** assolet iam grandis] assolent iam grandes *Salmasius* assolet iam grandibus *Casaubonus*

35 **13** Poppaeam *Sabellicus* : pompeiam (popei- Π) *codd. (cf. infra 3, l. 8, p. 102)* • **15/16** abneptem] abnepotem *MGL(a. corr.)Q* • **16** poteretur *M (a. corr.) Q* : potiretur M^2 *cett.*

a causa de su crimen, y que si bien le infundían ánimos las felicitaciones de los soldados, del pueblo y del senado, confesó, no obstante, repetidas veces que el fantasma de su madre, los látigos y las teas ardientes de las Furias le perseguían. Más aún, intentó por medio de un sortilegio, llevado a cabo por unos magos, evocar los Manes ⟨de su madre⟩ y aplacarlos. Durante su viaje a Grecia no se atrevió a tomar parte en los misterios de Eleusis porque la voz del heraldo exige que los impíos y malvados se retiren y no sean iniciados en los mismos. Al parricidio de su madre siguió de cerca el asesinato de su tía[1] por parte de padre. En efecto, un día que ésta guardaba cama aquejada de estreñimiento, Nerón fue a visitarla y como ella le acariciara, como acostumbran los viejos, su barba que apenas despuntaba y le dijera por mero cumplido: «Moriré gustosa tan pronto como me la ofrezcas»,[2] Nerón se volvió a las personas de su séquito y dijo, como bromeando, que se la cortaría sin demora y, acto seguido, ordenó a los médicos que purgaran a la enferma más de la cuenta y sin esperar a que exhalara su último aliento se incautó de sus bienes; pero tuvo antes la precaución de hacer desaparecer su testamento para que no se le escapara nada de las manos.

35 En cuanto a sus esposas, además de Octavia, tuvo otras dos: Popea Sabina, hija de un ex cuestor y casada en primeras nupcias con un caballero romano, y a continuación Estatilia Mesalina, biznieta de Tauro, dos veces cónsul y galardonado con los honores del triunfo. Para poder casarse con esta última hizo matar a su marido, el cónsul Atico Vestino, a la sazón en el ejercicio de su cargo. Se cansó pronto de Octavia y como sus amigos se lo censu-

[1] Domicia Lépida, según parece, de quien Suetonio hace referencia en los caps. 5, 3; 6, 3 y 7, 1.

[2] Sobre la costumbre de ofrecer la barba la primera vez que se cortaba, cf. cap. 12, 4.

in honore ipso trucidauit. Octauiae consuetudinem cito aspernatus,
corripientibus amicis sufficere illi debere respondit uxoria orna-
2 menta. Eandem mox saepe frustra strangulare meditatus dimisit ut
sterilem, sed improbante diuortium populo nec parcente conuiciis,
etiam relegauit, denique occidit sub crimine adulteriorum adeo
inpudenti falsoque, ut in quaestione pernegantibus cunctis Anice-
tum paedagogum suum indicem subiecerit, qui fingeret et dolo
3 stupratam a se fateretur. Poppaeam duodecimo die post diuor-
tium Octauiae in matrimonium acceptam dilexit unice; et tamen
ipsam quoque ictu calcis occidit, quod se ex aurigatione sero
reuersum grauida et aegra conuiciis incesserat. Ex hac filiam tulit
4 Claudiam Augustam amisitque admodum infantem. Nullum adeo
necessitudinis genus est, quod non scelere perculerit. Antoniam
Claudi filiam, recusantem post Poppaeae mortem nuptias suas,
quasi molitricem nouarum rerum interemit; similiter ceteros aut
affinitate aliqua sibi aut propinquitate coniunctos; in quibus Aulum
Plautium iuuenem, quem cum ante mortem per uim conspurcasset:
«Eat nunc», inquit, «mater mea et successorem meum osculetur»,
5 iactans dilectum ab ea et ad spem imperii impulsum. Priuignum
Rufrium Crispinum Poppaea natum, impuberem adhuc, quia
ferebatur ducatus et imperia ludere, mergendum mari, dum pisca-

---

2 uxoria] uxori *M* uxoris δ • **7** fingeret et **a** *('forte recte' Ihm) Ailloud* : fingeret *MG Ihm qui locum cruce distinxit om.* **b** *uulg. lacunam statuit Roth* • **8** stupratam] stuparatam *M(a. corr.)* • fateretur] fatereturque *G deleuit Oudendorpius* • Poppaeam *Sabellicus* : pompeiam (popp- *Q*) *codd. cf. supra 1, l. 13, p. 101; infra 4, l. 14 et 5, l. 20* • **14** Poppaeae *Sabellicus* : pompeiae (poppeiae *Q*) *codd. (cf. supra 3, l. 8)* • **15** similiter ceteros *Torrentius* : similiter inter ceteros *codd.* similiter interemit ceteros *uel* similiter item ceteros *recc.* simil. inter⟨cepit⟩ ceteros *Polak* • **20** Rufrium *MGQR (cf.* TAC. ann. XII 42, 1 *et* XIII 45, 3) : rufirium (rufin- *T*) **a** *AB* rufium II *Roth.* • Poppaea *Sabellicus* : pompeia (popp- *LQ*) *codd. (cf. supra 3, l. 8)*

raran les contestó que debía darse por satisfecha con los honores conyugales. Intentó luego varias veces, sin conseguirlo, estrangularla y a la postre la repudió bajo el pretexto que era estéril; pero como el pueblo censurara aquel divorcio y le hiciera blanco de sus invectivas, la desterró, y finalmente ordenó su muerte como culpable de adulterio; pero esta acusación era tan burda y tan desprovista de fundamento, que al verse la causa todos los testigos la rechazaron obstinadamente, por lo cual se vio obligado a presentar como delator a su preceptor, Aniceto,[1] para que prestara una declaración falsa y testificara, faltando a la verdad, que la había poseído. A los once días de haberse divorciado de Octavia, tomó por esposa a Popea y una vez casado con ella la amó como a ninguna otra mujer; pero con todo la mató también a ella de una patada porque, un día, que regresaba tarde de una carrera de coches, Popea, que se hallaba enferma y encinta, le cubrió de improperios. Tuvo de ella una hija, Claudia Augusta, pero la perdió cuando aún estaba en pañales. No hubo ningún miembro de la familia al que no abatiera con sus crímenes. Hizo matar, con el pretexto de que tramaba una conspiración, a Antonia, hija de Claudio, por haberse negado, después de la muerte de Popea, a casarse con él, y lo mismo hizo con las otras personas unidas a él por alguna relación de parentesco o afinidad. Figuran entre éstas el joven Aulo Plaucio, a quien envileció por la fuerza y después hizo matar. Dijo de éste: «Que venga ahora mi madre y llene de besos a mi sucesor», haciendo con estas palabras chacota del amor que por él había sentido Agripina y de las esperanzas que le había hecho concebir de que pondría el poder en sus manos. Su hijastro Rufrio Crispino, todavía de corta edad, hijo de Popea, gustaba en sus juegos, según dicen, hacer de general y mariscal; por este motivo ordenó a los siervos de éste que lo ahogasen en el mar mientras

2 3 4 5

[1] A la sazón prefecto de la escuadra estacionada en Miseno.

retur, seruis ipsius demandauit. Tuscum nutricis filium relegauit, quod in procuratione Aegypti balineis in aduentum suum extructis lauisset. Senecam praeceptorem ad necem compulit, quamuis saepe commeatum petenti bonisque cedenti persancte iurasset suspectum se frustra periturumque potius quam nociturum ei. Burro praefecto remedium ad fauces pollicitus toxicum misit. Libertos diuites et senes, olim adoptionis mox dominationis suae fautores atque rectores, ueneno partim cibis partim potionibus indito intercepit.

36 Nec minore saeuitia foris et in exteros grassatus est. Stella crinita, quae summis potestatibus exitium portendere uulgo putatur, per continuas noctes oriri coeperat. Anxius ea re, ut ex Balbillo astrologo didicit, solere reges talia ostenta caede aliqua illustri expiare atque a semet in capita procerum depellere, nobilissimo cuique exitium destinauit; enimuero multo magis et quasi per iustam causam duabus coniurationibus prouulgatis, quarum prior maiorque Pisoniana Romae, posterior Viniciana Beneuenti conflata
2 atque detecta est. Coniurati e uinculis triplicium catenarum dixere

---

2 balineis] balileis *R* balneis *GΠ* **a** *AB* • **4** persancte] persepe **a** *NAB* • **6** praefecto] praefecto ⟨praetorii⟩ *Bentley* • **7** dominationis] donationis *M* • fautores] fauctores *MRSA* factores *LN* auctores *Salmasius*

36 **12** Balbillo] babillo *ΠQB* *cf.* βάρβιλλος *in* Cassio Dione *LXVI* 9 • **16** prouulgatis] promulgatis *RB recc.* profligatis *Bentley* • **17** Viniciana *MG* : ueniciana *R* uenetiana $Π^2A$ uniciana **a** *B* uiciniana *Π (a. corr.) Q*

pescaba. Desterró a Tusco, hijo de su nodriza, porque, cuando era gobernador de Egipto, se había bañado en los baños construidos para celebrar su visita.[1] A Séneca, su preceptor, le obligó a suicidarse, a pesar de haberle jurado solemnemente, al pedirle éste el retiro y ofrecerle sus bienes, que los recelos que contra él había experimentado carecían de fundamento y que preferiría morir antes de causarle el menor daño.[2] Prometió a Burro,[3] prefecto ⟨del pretorio⟩, un remedio para la garganta y le envió un veneno. Quitó la vida a sus libertos, viejos ya y ricos, valiéndose de veneno mezclado con las viandas o con las bebidas, a pesar de que primero había contribuido a su adopción, luego a su acceso al poder y finalmente habían sido sus consejeros.

36 No fue menor la crueldad y la ferocidad con que procedió puertas afuera de palacio y con los extraños. Durante varias noches consecutivas se había dejado ver un cometa, astro que según la opinión del vulgo anuncia un fin cercano a la suprema jerarquía. Inquietado por esta aparición, tan pronto como el astrólogo Balbilo le informó que los reyes acostumbraban a conjurar tales presagios con alguna muerte muy sonada y a desviarlos de su persona para que vayan a dar sobre la cabeza de los próceres, destinó a la muerte a los ciudadanos más conspicuos. La verdad es que el descubrimiento de dos conjuraciones facilitó aún más sus propósitos y les dio una cierta apariencia de legalidad. La primera de estas conjuraciones y la más peligrosa, la de Pisón, se fraguó y descubrió en Roma, la segunda, cuyo promotor fue Vinicio, en Benevento. Los 2 conjurados se defendieron atados con grilletes de tres cadenas y,

1 En realidad la visita no llegó a realizarse.

2 Tácito (ann. 14, 53-56) reproduce las palabras que en esta ocasión intercambiaron Nerón y Séneca.

3 Maestro, al igual que Séneca, de Nerón y que en su calidad de prefecto del pretorio había contribuido decisivamente, a la muerte de Claudio, a que el poder pasara a sus manos.

causam, cum quidam ultro crimen faterentur, nonnulli etiam imputarent, tamquam aliter illi non possent nisi morte succurrere dedecorato flagitiis omnibus. Damnatorum liberi urbe pulsi enectique ueneno aut fame; constat quosdam cum paedagogis et capsaris uno prandio pariter necatos, alios diurnum uictum prohibitos quaerere.

37 Nullus posthac adhibitus dilectus aut modus interimendi quoscumque libuisset quacumque de causa. Sed ne de pluribus referam, Saluidieno Orfito obiectum est quod tabernas tres de domo sua circa forum ciuitatibus ad stationem locasset, Cassio Longino iuris consulto ac luminibus orbato, quod in uetere gentili stemmate C. Cassi percussoris Caesaris imagines retinuisset, Paeto
2 Thraseae tristior et paedagogi uultus. Mori iussis non amplius quam horarum spatium dabat; ac ne quid morae interueniret, medicos admouebat qui cunctantes continuo curarent: ita enim uocabatur uenas mortis gratia incidere. Creditur etiam polyphago cuidam Aegypti generis, crudam carnem et quidquid daretur mandere assueto, concupisse uiuos homines laniandos absumendosque obi-
3 cere. Elatus inflatusque tantis uelut successibus negauit quem-

---

4 cum paedagogis] cum de paedagogis *M*

37 7 Nullus] nullius *MGLPA* • dilectus] delectus **b** *B* • interimendi] interemendi *MLSRA (cf. Calig. 29, 2)* • 8 libuisset] libuisset et *Thomas* • 11 gentili S^2 *recc.* : gentilis *MG* **a** *AB* gentis **b** • 12 retinuisset] restituisset **a** *AB* • 14 horarum] III horarum *G* duarum *recc.* horarium *Beroaldus (cf. Domit. 3, 1)* • 15 uocabatur *M* **b** *A* : uocabat **a** *B* iocabatur *G* • 19 Elatus] flatus *MPII²OA om.* Π*(a. corr.)* *Q* • successibus] successionibus *M*

mientras unos reconocieron sin más su crimen, otros incluso se lo atribuyeron como un mérito, afirmando que un hombre como Nerón, manchado con toda clase de crímenes, sólo podía ser redimido con la muerte. Los hijos de los que habían sido declarados culpables fueron expulsados de Roma y exterminados con veneno o por inanición. Consta que algunos fueron matados todos a la vez en una misma colación y con ellos sus maestros y los esclavos que les acompañaban a la escuela, y que a otros no se les permitió procurarse el sustento cotidiano.

37 A partir de entonces y ya sin discriminación ni medida, hizo asesinar a quien le plugo y por cualquier motivo. Mas, para no referir el triste fin de muchos, mencionaré sólo a Salvidieno Orfito, a quien se acusó de haber alquilado tres habitaciones de su casa, situada junto al foro, a representantes de ciudades para que les sirvieran de oficinas; a Casio Longino, un jurisconsulto ciego, por conservar en un antiguo árbol genealógico la efigie de G. Casio, uno de los que atentaron contra la vida de César; a Peto Trasea,[1] por tener un rostro demasiado triste y parecido al de un maestro de escuela. Concedía como máximo una hora de tiempo a los que 2 hacía llegar la orden de morir y, para evitar que se produjesen dilaciones, ordenaba a sus médicos que los visitasen, a fin de «prestar sus servicios» a los morosos, pues éste era el eufemismo que usaba para aludir a la muerte provocada por la incisión de las venas. Se cree incluso que acarició la idea de echar hombres vivos a un antropófago para que los despedazara y los devorara. Éste, de origen egipcio, estaba acostumbrado a comer carne cruda y todo cuanto se le daba. Ensoberbecido y envanecido por tantos 'éxitos', afirmó 3 que ningún emperador se había percatado del poder que realmente

[1] Especialmente odiado por Nerón a causa de sus extraordinarias virtudes. Un relato detallado de su muerte puede leerse en Tácito (ann. 16, 21).

quam principum scisse quid sibi liceret, multasque nec dubias significationes saepe iecit, ne reliquis quidem se parsurum senatoribus, eumque ordinem sublaturum quandoque e re p(ublica) ac prouincias et exercitus equiti R(omano) ac libertis permissurum. Certe neque aduenientis neque proficiscens quemquam osculo impertiit ac ne resalutatione quidem; et in auspicando opere Isthmi magna frequentia clare ut sibi ac populo R(omano) bene res uerteret optauit dissimulata senatus mentione.

38 Sed nec populo aut moenibus patriae pepercit. Dicente quodam in sermone communi:

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μειχθήτω πυρί,

«Immo», inquit, «ἐμοῦ ζῶντος», planeque ita fecit. Nam quasi offensus deformitate ueterum aedificiorum et angustiis flexurisque uicorum, incendit urbem tam palam, ut plerique consulares cubicularios eius cum stuppa taedaque in praediis suis deprehensos non attigerint, et quaedam horrea circa domum Auream, quorum spatium maxime desiderabat, ut bellicis machinis labefacta atque
2 inflammata sint, quod saxeo muro constructa erant. Per sex dies septemque noctes ea clade saeuitum est, ad monumentorum bustorumque deuersoria plebe compulsa. Tunc praeter immensum

---

2 parsurum] passurum *M* **a** *(L a. corr.) A* parciturum *G* • **4** et exercitus] exercitus *M* • **6** opere Isthmi] opere Isthmii Π^2R opere sthimii (sith- Π *a. corr.) MG* **b** opere thimii *PST* operisthimii *L* • **8** mentione] intentione **b**

38 **10** communi] conuinii *recc.* • **11** μειχθήτο] ΜΙΧΘΗΤΩ *M Ailloud* ΜΑΧΟΝΤΩ (ΜΑΧΕ- *SA) LSA* • **17** desiderabat, ut] desiderabat in *Q* desiderabat ui *recc.* desiderabatur *Wolf* desiderabatur *Gronovius lacunam coniecit Oudendorpius* • labefacta] labefactata *uulg.* (*cf.* Oros. VII 7, 5) • atque] nec *Lipsius* neque *Bentley* • **20** deuersoria] diuersoria *codd.*

tenía, y con frecuencia daba a entender con muchas y no veladas alusiones su propósito de acabar con los senadores que aún sobrevivían y suprimir este estamento, y que en un futuro no lejano pensaba confiar las provincias y los ejércitos al estamento ecuestre y a los libertos. Lo cierto es que cuando emprendía un viaje o regresaba nunca daba ningún beso a ningún ⟨senador⟩ y ni siquiera contestaba a sus saludos y que, al iniciar los trabajos para la perforación del istmo,[1] suplicó a los dioses, con voz estentórea y en medio de una gran multitud, que la empresa redundara en bien para sí y para el pueblo y se abstuvo de mencionar al senado.

Pero no escaparon a su vesania ni su pueblo ni las murallas de **38**
su patria. Una vez, en el curso de una conversación a puerta abierta, uno de los presentes dijo:

Muerto yo, que la tierra sea pasto de llamas,[2]

pero Nerón replicó: «Más bien, viviendo yo», y ciertamente así lo hizo. En efecto, bajo el pretexto que no podía soportar la fealdad de los viejos edificios y las angosturas y recovecos de las calles, ordenó prender fuego a la ciudad tan ostensiblemente que algunos ex cónsules, a pesar de haber sorprendido esclavos de Nerón provistos de estopa y antorchas en sus propias casas, no los detuvieron, y que algunos graneros, cuyos solares apetecía mucho por estar situados cerca de su Casa Dorada, fueron derruidos con máquinas de guerra y luego incendiados, debido a que en la construcción de sus muros se habían empleado gruesos bloques de piedra. Durante 2
seis días y siete noches la ciudad sufrió los horrores de esta catástrofe y la plebe se vio obligada a buscar refugio en los subterráneos de los monumentos públicos y de los panteones. Entonces, además de un número incalculable de casas de alquiler, fueron pasto

1 Cf. cap. 19, 2.

2 Verso, según parece, de una tragedia de Eurípides no conservada.

numerum insularum domus priscorum ducum arserunt hostilibus adhuc spoliis adornatae deorumque aedes ab regibus ac deinde Punicis et Gallicis bellis uotae dedicataeque, et quidquid uisendum atque memorabile ex antiquitate durauerat. Hoc incendium e turre Maecenatiana prospectans laetusque 'flammae', ut aiebat, 'pulchritudine', 'Halosin Ilii' in illo suo scaenico habitu decantauit. 3 Ac ne non hinc quoque quantum posset praedae et manubiarum inuaderet, pollicitus cadauerum et ruderum gratuitam egestionem nemini ad reliquias rerum suarum adire permisit; conlationibusque non receptis modo uerum et afflagitatis prouincias priuatorumque census prope exhausit.

39 Accesserunt tantis ex principe malis probrisque quaedam et fortuita: pestilentia unius autumni, quo triginta funerum milia in rationem Libitinae uenerunt; clades Britannica, qua duo praecipua oppida magna ciuium sociorumque caede direpta sunt; ignominia ad Orientem legionibus in Armenia sub iugum missis aegreque Syria retenta. Mirum et uel praecipue notabile inter haec fuerit nihil eum patientius quam maledicta et conuicia hominum

---

1 ducum **b** *AB* : dum *MGPO* deum *(per compend.) TLS* • **3** dedicataeque **b** *T AB* : deditaque *MLPS* editaeque *G* dedicatae *Salmasius* • **4** e] et *M (a. corr.)* de *H* • **9** nemini] neminem Oros. VII 7, 7 • **10** efflagitatis] afflagitatis *M* flagitatis *T*

39 **12** quaedam] quodam *M* • **13** milia] *om. L ante* funerum *habent T et* Oros. VII 7, 11 • **16** Armenia] armeniam *MR*

de las llamas los palacios de los generales de antaño, adornados aún con los trofeos arrebatados a los enemigos; los templos de los dioses ofrecidos en voto e inaugurados, unos por los reyes, otros con ocasión de las guerras contra los cartagineses y los galos, y, en una palabra, todos los monumentos de interés histórico que habían sobrevivido del pasado. Nerón contemplaba este incendio desde la azotea de la torre de Mecenas[1] y hondamente impresionado, como él decía, por 'la belleza de las llamas', cantó 'La toma de Troya',[2] desde el principio hasta el fin, revestido con el traje que usaba para salir a escena. Y para obtener de esta catástrofe el 3
máximo botín y lucro posibles, prometió que haría retirar a sus expensas los cadáveres y los escombros, y no permitió a nadie acercarse a sus hogares en ruina. Luego, con las suscripciones, unas voluntarias, otras impuestas, llevó al borde de la bancarrota las provincias y los patrimonios de los particulares.

A estas calamidades y oprobios, obra de Nerón, se añadieron 39
también algunos desastres fortuitos: una peste que en un solo otoño arrojó treinta mil muertos en el haber de Libitina;[3] una sangrienta derrota en Britania, en el curso de la cual los enemigos saquearon dos importantes ciudades y pasaron a cuchillo a muchos ciudadanos y aliados; desastres ignominiosos en oriente, pues nuestras legiones se vieron obligadas a pasar bajo el yugo en Armenia y a duras penas logramos conservar a Siria bajo nuestro poder. En contraste con cuanto decimos es sorprendente e incluso notable la paciencia con que soportó las invectivas e improperios del pueblo y la benignidad que tuvo para los que le zaherían con sus sarcas-

1 Esta torre se levantaba en los jardines de la casa que había sido de Mecenas, situada en el Esquilino.

2 Un poema escrito, según parece, por el propio Nerón.

3 Diosa que presidía los funerales. En los anejos al templo consagrado a esta diosa había el registro de las personas fallecidas.

tulisse, neque in ullos leniorem quam qui se dictis aut carminibus
2 lacessissent extitisse. Multa Graece Latineque proscripta aut uulgata sunt, sicut illa:

Νέρων 'Ορέστης 'Αλκμέων μητροκτόνος.
Νεόψηφον· Νέρων ἰδίαν μητέρα ἀπέκτεινε.

Quis negat Aeneae magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Dum tendit citharam noster, dum cornua Parthus,
Noster erit Paean, ille Hecatebeletes.

Roma domus fiet: Veios migrate, Quirites,
Si non et Veios occupat ista domus.

Sed neque auctores requisiit et quosdam per indicem delatos
3 ad senatum adfici grauiore poena prohibuit. Transeuntem eum Isidorus Cynicus in publico clara uoce corripuerat, quod Naupli mala

---

4 μητροκτόνος] μητροκτόνι *Sabellicus* • **5** Νεόψηφον *codd.* : νεόνυμφον *recc. edd.* νεόνυμφος *Torrentius* • Νέρων] NEPON *MLS* • ἀπέκτεινε *G* : ΑΠΕΚΤΕΓΙΝΕ (-TINE *LS*) *MLS* ΑΚΠΕΚΤΕΙΝΕ **b** *PT*

mos y epigramas. Muchos redactados en latín y en griego fueron 2
escritos en las paredes y corrieron de boca en boca, como por
ejemplo los siguientes:

> Nerón, Orestes, Alcmeón: matricidas.
>
> Una nueva equivalencia: Nerón asesinó a su propia madre.[1]
>
> ¿Quién negará que Nerón procede de la noble estirpe de Eneas? Éste se cargó a cuestas a su padre,[2] aquél se cargó a su madre.
>
> Nuestro emperador templa la cítara, el parto tiende el arco. Nuestro emperador será Apolo el cantor, aquél, Apolo que dispara de lejos sus dardos.[3]
>
> Roma se convertirá en una casa; emigrad a Veyes, ciudadanos, si es que esa ⟨maldita⟩ casa no acaba también por absorber a Veyes.[4]

Pero Nerón se abstuvo de averiguar quiénes eran los autores e
incluso prohibió que fuesen sancionados con un castigo demasiado
riguroso algunas personas a quienes un delator había acusado ante
el senado. Un día, cuando iba por la calle, Isidoro, filósofo de la 3
escuela cínica, le reprochó en público y a grandes voces porque,
mientras sabía cantar bien los infortunios de Nauplio,[5] hacía en

---

1 Para comprender el sentido de este verso hay que tener en cuenta que Νέρων y ἰδίαν μητέρα ἀπέκτεινε tiene la misma equivalencia numérica. En ambos casos 1005.

2 Eneas, al huir de Troya, cargó sobre sus espaldas a su viejo padre Anquises. El autor de este epigrama juega, pues, con el doble significado del verbo *tollo*, 'cargar a cuestas' y 'cargarse a alguien', o sea matarlo.

3 Apolo es invocado unas veces como tañedor de la cítara, otras como arquero que causa innumerables bajas. Aquí se le asigna a Nerón el papel inofensivo de músico; en cambio al parto el de guerrero.

4 Nerón se apropiaba incesantemente de casas y barrios de Roma para ensanchar su palacio (cf. cap. 38, 1); existía pues el peligro de que Roma acabara por ser tan sólo la casa de Nerón. De ahí la recomendación a los romanos de emigrar a Veyes, ciudad etrusca a 20 km. de Roma.

5 Rey de Eubea y padre de Palamedes, a quien los griegos dieron

bene cantitaret, sua bona male disponeret; et Datus Atellanarum histrio in cantico quodam

Ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ

ita demonstrauerat, ut bibentem natantemque faceret, exitum scilicet Claudi Agrippinaeque significans, et in nouissima clausula,

Orcus uobis ducit pedes,

senatum gestu notarat. Histrionem et philosophum Nero nihil amplius quam urbe Italiaque summouit, uel contemptu omnis infamiae uel ne fatendo dolorem irritaret ingenia.

40 Talem principem paulo minus quattuordecim annos perpessus terrarum orbis tandem destituit, initium facientibus Gallis duce Iulio Vindice, qui tum eam prouinciam pro praetore optinebat. 2 Praedictum a mathematicis Neroni olim erat fore ut quandoque destitueretur; unde illa uox eius celeberrima: « Τὸ τέχνιον ἡμᾶς διατρέφει », quo maiore scilicet uenia meditaretur citharoedicam artem, principi sibi gratam priuato necessariam. Spoponderant tamen quidam destituto Orientis dominationem, nonnulli nominatim regnum Hierosolymorum, plures omnis pristinae fortunae

---

1 cantitaret] *delendum putat Jahn (cf. Philologus 26, 1867 p. 16)* • male] mala *M* • **3** πάτερ ὑγίαινε μῆτερ *recc.* : ΠΑΤΗΡ ΥΓΕΙΝΕΜΕΤΗΡ (ΥΓΑΙΝΕ ΜΕΤΕΡ *S* ΥΤΑΙΝΕΜΕΤΗΡ *GP* **b**) *codd.* • **4** ita demonstrauerat] rem monstrauerat *Bentley* • **7** notarat *Oudendorpius* : nataret *codd.* notar⟨at⟩ et *Bentley*

40 **10** Talem principem] talem Π*Q* • **14** τὸ τέχνιον] tot EXNION *M* tote eXNION **a** TOYEXNION **b** • **15** διατρέφει] ΔΙΑΤΡΕCΦΕΙ *M et similiter LS* διαθρέψει *Turnebus (e Cassio Dione LXIII, 27) Ailloud* • **17** quidam] quidem (e *paene erasa*) *M*

cambio un mal uso de su propia fortuna. Asimismo Dato, un actor de atelanas, al recitar este pasaje:

¡Consérvate bien, padre; consérvate bien, madre!

había aclarado el significado de estas palabras imitando los gestos de un bebedor y de un nadador, clara alusión al triste fin de Claudio y Agripina; y al declamar la última estrofa:

El infierno os arrastra por los pies,

había señalado con un gesto al senado.[1] La única sanción que aplicó Nerón al actor y al filósofo fue desterrarlos de Roma y de Italia, ya por el desprecio que sentía por todos los insultos, ya para no provocar aún más la maledicencia dejando ver que se irritaba.

40 El mundo, después de haber soportado a un emperador como Nerón cerca de catorce años, se desembarazó a la postre de él. La iniciativa partió de los galos capitaneados por Julio Víndex,[2] que a la sazón asumía el mando de aquella provincia en calidad de propretor. Los astrólogos habían pronosticado tiempo atrás a Ne- 2 rón que llegaría un día en que lo destituirían, de donde aquella célebre frase suya: «Viviré de mi arte», pronunciada sin duda para que resultara más justificado el ardor con que se entregaba al arte de la cítara, grata para él mientras fuera emperador y necesaria cuando fuera un simple ciudadano. Algunos adivinos, sin embargo, le habían prometido, para cuando fuera destituido, el imperio sobre oriente, otros el reino de Jerusalén concretamente, la

---

muerte a raíz de la guerra de Troya. Contienen pues las palabras de este filósofo un reproche por la desmedida afición de Nerón por la música a expensas del buen gobierno de la cosa pública.

1 Alusión al propósito de Nerón de aniquilar el senado. Cf. cap. 37, 3.

2 La Galia transalpina (actualmente Francia) estaba dividida en tres provincias. Parece ser que Víndex era gobernador de la Galia Lugdunense.

restitutionem. Cui spei pronior, Britannia Armeniaque amissa ac rursus utraque recepta, defunctum se fatalibus malis existimabat.
3 Vt uero consulto Delphis Apolline septuagensimum ac tertium annum cauendum sibi audiuit, quasi eo demum obiturus, ac nihil coniectans de aetate Galbae, tanta fiducia non modo senectam sed etiam perpetuam singularemque concepit felicitatem, ut amissis naufragio pretiosissimis rebus non dubitauerit inter suos dicere
4 pisces eas sibi relaturos. Neapoli de motu Galliarum cognouit die ipso quo matrem occiderat, adeoque lente ac secure tulit, ut gaudentis etiam suspicionem praeberet tamquam occasione nata spoliandarum iure belli opulentissimarum prouinciarum; statimque in gymnasium progressus certantis athletas effusissimo studio spectauit. Cenae quoque tempore interpellatus tumultuosioribus litteris hactenus excanduit, ut malum iis qui descissent minaretur. Denique per octo continuos dies non rescribere cuiquam, non mandare quid aut praecipere conatus rem silentio oblitterauit.

---

7 naufragio pretiosissimis *in marg. in M* • **9/10** gaudentis *Beroaldus* : gaudentib; *MG* **a** *QB* gaudendi *IIRA* • **10** occasione nata] occasionem nactus *recc. Bentley*

mayoría que volvería a brillar su prístina fortuna. Nerón, ya de por sí más inclinado a dar crédito a esta última predicción, cuando vio que, después de haber perdido Britania y Armenia, había vuelto a recobrar ambas provincias, se consideraba ya al abrigo de los males que le reservaba el destino. Pero cuando, ha- 3
biendo consultado en Delfos a Apolo, le llegó la respuesta de que recelara del año setenta y tres, interpretando dicha respuesta en el sentido de que moriría al alcanzar dicha edad y, sin ocurrírsele pensar en la edad de Galba,[1] creyó a pie juntillas que llegaría a viejo y que gozaría de una singular y perpetua ventura y ello hasta el extremo que, habiendo perdido a consecuencia de un naufragio objetos de un valor incalculable, tuvo la osadía de decir, hablando con sus amigos, que los peces se lo devolverían.[2] En Nápoles le 4
llegó la noticia de la sublevación de las Galias el mismo día [3] que había matado a su madre, pero reaccionó con tanta apatía e indiferencia que dio incluso pábulo a la sospecha de que se alegraba, pues así se le ofrecía la oportunidad de saquear por derecho de guerra una de las provincias más ricas. Se trasladó en seguida al gimnasio, en donde presenció con apasionado interés los ejercicios de los atletas. Vio interrumpida la hora de la cena con la llegada de cartas aún más apremiantes, y si bien se encolerizó, no obstante se limitó sólo a proferir amenazas contra los rebeldes. Finalmente, durante ocho días consecutivos no se tomó la molestia de contestar a nadie, de dar ninguna orden o mandato y de este modo borró de su memoria aquel triste acontecimiento, envolviéndolo en el silencio.

---

1 Su sucesor, que alcanzó el poder a los setenta y dos años de edad.

2 Alusión a Polícrates, tirano de Samos. Fue un hombre tan afortunado que para evitar la envidia de los dioses se desprendió, echándolo al mar, de un anillo de oro de un valor incalculable. Pocos días más tarde un pescador le obsequió con un pescado en cuyo interior se hallaba el anillo.

3 Debe entenderse en el aniversario del asesinato de su madre.

41 Edictis tandem Vindicis contumeliosis et frequentibus permotus senatum epistula in ultionem sui reique publicae adhortatus est, excusato languore faucium, propter quem non adesset. Nihil autem aeque doluit, quam ut malum se citharoedum increpitum ac pro Nerone Ahenobarbum appellatum; et nomen quidem gentile, quod sibi per contumeliam exprobraretur, resumpturum se professus est deposito adoptiuo, cetera conuicia, ut falsa, non alio argumento refellebat, quam quod etiam inscitia sibi tanto opere elaboratae perfectaeque a se artis obiceretur, singulos subinde rogitans, nos-
2 sentne quemquam praestantiorem. Sed urgentibus aliis super alios nuntiis Romam praetrepidus rediit; leuiterque modo in itinere friuolo auspicio mente recreata, cum adnotasset insculptum monumento militem Gallum ab equite R(omano) oppressum trahi crinibus, ad eam speciem exiluit gaudio caelumque adorauit. Ac, ne tunc quidem aut senatu aut populo coram appellato, quosdam e primoribus uiris domum euocauit, transacta raptim consultatione reliquam diei partem per organa hydraulica noui et ignoti generis circumduxit, ostendensque singula, de ratione ac difficultate cuiusque disserens, iam se etiam prolaturum omnia in theatrum affirmauit, si per Vindicem liceat.

42 Postquam deinde etiam Galbam et Hispanias desciuisse cognouit, conlapsus animoque male fracto diu sine uoce et prope

---

41 8 elaboratae *Bentley* : laboratae *codd.* • 14 exiluit] exiliuit *GQR* exiliit S^2 • Ac] at *L* • 16 euocauit] eouocauit *M* • 17 reliquam diei partem] reliqua diei parte ⟨eos⟩ *Casaubonus* • hydraulica] ydraulica *codd.* • 18 ac difficultate] ⟨ac⟩ de difficul- *uel* de⟨que⟩ difficul- *Bentley*

42 22 male fracto **a** *AB uulg.* : male facto *cett.* *om. N* labefacto *recc.*

Sacado finalmente de su apatía por las frecuentes e injuriosas **41**
proclamas de Víndex, exhortó por medio de una carta al senado a
que le vengara a él y a la república, y se excusó de no comparecer
personalmente pretextando una afección en la garganta. Sin em-
bargo, nada le dolió tanto como que le tacharan de ser un mal
citaredo y que le llamaran Ahenobarbo en vez de Nerón. Esto le
impulsó a declarar que se proponía adoptar de nuevo su nombre
gentilicio, que para ofenderle le echaban en cara, y a renunciar al
adoptivo; y por lo que atañe a las otras injurias, le bastaba para
demostrar su falsedad un solo argumento: se le reprochaba no po-
seer un arte cultivado por él con tanto celo y a cuya perfección
tanto había contribuido; de ahí que continuamente preguntaba
a todo el mundo si conocían algún artista mejor que él. Pero como 2
las noticias alarmantes se sucedían una tras otra, regresó a Roma
dominado por un pánico cerval. Durante el camino, un presagio
intrascendente le dio un poco de ánimos, pues vio un monumento
en el que figuraba esculpido un soldado galo al que un jinete ro-
mano, después de haberle derribado, le arrastraba por el pelo. Esta
escultura le hizo saltar de gozo y elevó sus súplicas al cielo. Pero
ni siquiera entonces convocó al pueblo ni al senado, solamente
llamó a palacio a algunos personajes de los que gozaban de mayor
prestigio, celebró con ellos un breve cambio de impresiones y du-
rante el resto del día les llevó a ver unos órganos hidráulicos de
factura nueva y desconocida, mostrándoles sus particularidades y
explicándoles su funcionamiento y la dificultad que ofrecía su ma-
nejo y finalmente les prometió que pronto exhibiría todo aquello
en el teatro si Víndex se lo permitía.

Pero cuando más tarde supo que Galba y las Españas[1] se habían **42**
también sublevado, se derrumbó y, completamente desmoralizado,

1 España, como la Galia, estaba también dividida en esta época en tres provincias.

intermortuus iacuit, utque resipiit, ueste discissa, capite conuerberato, actum de se pronuntiauit consolantique nutriculae et aliis quoque iam principibus similia accidisse memoranti, se uero praeter ceteros inaudita et incognita pati respondit, qui summum im-
2 perium uiuus amitteret. Nec eo setius quicquam ex consuetudine luxus atque desidiae omisit uel imminuit; quin immo, cum prosperi quiddam ex prouinciis nuntiatum esset, super abundantissimam cenam iocularia in defectionis duces carmina lasciueque modulata, quae uulgo notuerunt, etiam gesticulatus est; ac spectaculis theatri clam inlatus cuidam scaenico placenti nuntium misit abuti eum occupationibus suis.

43 Initio statim tumultus multa et inmania, uerum non abhorrentia a natura sua, creditur destinasse: successores percussoresque summittere exercitus et prouincias regentibus, quasi conspiratis idemque et unum sentientibus; quidquid ubique exulum, quidquid in urbe hominum Gallicanorum esset contrucidare, illos ne desciscentibus adgregarentur, hos ut conscios popularium suorum atque fautores; Gallias exercitibus diripiendas permittere; senatum uniuersum ueneno per conuiuia necare; urbem incendere feris in
2 populum immissis, quo difficilius defenderentur. Sed absterritus non tam paenitentia quam perficiendi desperatione credensque

---

1 intermortuus] intermortuos *M* instar mortuus *L* • resipiit *MPOTB* : resipuit *cett.* • discissa] discussa *MΠQ* descissa *LB* • **6/7** prosperi] prospere **a** *AB* • **7** quiddam] quidam *M* • **9** notuerunt] innotuerunt *ΠQB*

43 **16** ne] nec *M* • **20** defenderentur] defenderetur **b** *B*

permaneció largo tiempo echado, sin decir una sola palabra y medio muerto. Cuando volvió en sí, se desgarró los vestidos, se golpeó una y otra vez la cabeza y dijo que todo había terminado para él. Su nodriza intentó consolarle recordándole que también a otros príncipes les habían sobrevenido infortunios semejantes, pero él le contestó que a diferencia de los otros sufría la desgracia inaudita y sin precedentes de perder en vida el poder supremo. Mas no por 2
esto renunció a su vida de lujo y de molicie o se mostró más comedido a este respecto; antes, por el contrario, siempre que le llegaba de las provincias alguna noticia favorable, en la sobremesa, después de una opípara comida, cantaba, contoneándose procazmente, versos que ridiculizaban a los jefes de la sublevación y que pronto trascendían al pueblo. Se hacía asimismo conducir en secreto a los espectáculos que se representaban en los teatros, y, en una ocasión, mandó decir a un actor que cosechaba muchos éxitos: «Cómo te aprovechas de que yo esté tan ocupado».

Se cree que, al primer rumor de la sublevación, concibió mu- **43**
chos y atroces proyectos, no en desacuerdo, sin embargo, con su manera de ser, como, por ejemplo: enviar solapadamente personas de su confianza para sustituir y asesinar a los jefes de los ejércitos y de las provincias, por considerarlos a todos ellos afectos a la sublevación y animados de idénticos sentimientos; pasar a cuchillo a todos los desterrados, dondequiera que estuvieran, así como a todos los galos que se hallasen en Roma, a los primeros para que no se uniesen a los sublevados, a los segundos por considerarlos como cómplices y partidarios de sus paisanos; abandonar las Galias a sus ejércitos para que las saquearan; exterminar a todos los senadores envenenándoles durante un banquete; incendiar a Roma y dejar sueltas a las fieras para que resultara más difícil a sus moradores ponerse a salvo. Se abstuvo, no obstante, más por la imposi- 2
bilidad de llevar a cabo tales proyectos que por sentir reparos de

expeditionem necessariam, consules ante tempus priuauit honore atque in utriusque locum solus iniit consulatum, quasi fatale esset non posse Gallias debellari nisi a consule. Ac susceptis fascibus cum post epulas triclinio digrederetur, innixus umeris familiarium affirmauit, simul ac primum prouinciam attigisset, inermem se in conspectum exercituum proditurum nec quicquam aliud quam fleturum, reuocatisque ad paenitentiam defectoribus insequenti die laetum inter laetos cantaturum epinicia, quae iam nunc sibi componi oporteret.

44 In praeparanda expeditione primam curam habuit deligendi uehicula portandis scaenicis organis concubinasque, quas secum educeret, tondendi ad uirilem modum et securibus peltisque Amazonicis instruendi. Mox tribus urbanas ad sacramentum citauit ac, nullo idoneo respondente, certum dominis seruorum numerum indixit; nec nisi ex tota cuiusque familia probatissimos, ne dispen-
2 satoribus quidem aut amanuensibus exceptis, recepit. Partem etiam census omnes ordines conferre iussit et insuper inquilinos priuatarum aedium atque insularum pensionem annuam repraesentare fisco; exegitque ingenti fastidio et acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum ad obrussam, ut plerique omnem collationem palam recusarent, consensu flagitantes a delatoribus potius reuocanda praemia quaecumque cepissent.

---

3 a consule] a se consule *recc. edd. (Roth Preud'homme)* • **6** quam *om. M* • **9** oporteret] oporterent *M* oporteret. At *Bentley*
44 **19** acerbitate] acerbitae *M* • **20** pustulatum] postulatum *P* **b** *B*

conciencia; consideró, no obstante, necesario organizar una expedición,[1] y, como primera medida, relevó a los cónsules de su cargo antes que hubiera expirado su mandato y él solo se hizo cargo del consulado en sustitución de ambos cónsules, afirmando que era voluntad de los hados que únicamente un cónsul pudiera sojuzgar las Galias. Al abandonar el comedor, terminado ya el banquete y en posesión de los haces, declaró apoyándose en los hombros de sus amigos que tan pronto como pisara la provincia se presentaría inerme ante sus ejércitos sin hacer otra cosa que llorar, y que así inducidos los sediciosos al arrepentimiento, contento, en medio de ellos también contentos, entonaría un canto triunfal que debía empezar a componer ya en aquel mismo momento.

Su primer cuidado, al preparar la expedición, fue elegir vehícu- **44**
los para transportar sus útiles teatrales y hacer cortar el pelo de las concubinas que pensaba llevar consigo a la manera de los hombres y proveerlas de hachas y escudos semejantes a los de las amazonas. Hizo convocar luego a las tribus urbanas para que prestasen el juramento militar y como no respondiera al llamamiento nadie que reuniera las condiciones necesarias, exigió de los dueños un número determinado de esclavos, pero sólo a los mejores de cada casa, incluyendo entre éstos a los administradores y secretarios. Dis- 2
puso también que todos los estamentos sociales aportaran una parte de sus bienes y que además los inquilinos de casas particulares y grupos de viviendas pagaran en el acto al fisco el alquiler de un año. Exigió, con suma altanería y severidad, que le pagasen en monedas recientemente acuñadas o bien en plata pura u oro de dieciséis quilates, lo cual determinó que la mayoría se negara abiertamente a aportar ninguna contribución y que de común acuerdo le pidiera que obligara antes a los delatores a devolver las recompensas que habían recibido.

[1] Contra los sublevados.

45 Ex annonae quoque caritate lucranti adcreuit inuidia; nam et forte accidit, ut in publica fame Alexandrina nauis nuntiaretur
2 puluerem luctatoribus aulicis aduexisse. Quare omnium in se odio incitato nihil contumeliarum defuit quin subiret. Statuae eius a uertice cirrus appositus est cum inscriptione Graeca, nunc demum agona esse, et raderent tandem. Alterius collo ascopera deligata simulque titulus: «Ego quid potui? sed tu culleum meruisti». Ascriptum et columnis, etiam Gallos cum cantando excitasse. Iam noctibus iurgia cum seruis plerique simulantes crebro 'Vindicem' poscebant.

46 Terrebatur ad hoc euidentibus portentis somniorum et auspiciorum et ominum, cum ueteribus tum nouis. Numquam antea somniare solitus, occisa demum matre uidit per quietem nauem sibi regenti extortum gubernaculum trahique se ab Octauia uxore

---

45 **1** lucranti *Oudendorpius* : lucrantia (luct- *O recc.*) *codd.* lucrantium *recc.* lucranti tum *Lipsius* luctantium *Sabellicus* flagrantior *Bentley* • **2** fame] fama *M* • **6** raderent *ego* : raderet *Turnebus* traderet *codd. Ihm Ailloud* traheret *Torrentius* • ascopera deligata *recc. Politianus* : ascopa (ac scopa *R* et scopa ΠQ) deligata (delicata *MG* **a** *A*) *codd. Ihm* ascoma deligata *Turnebus* ἀσκός praeligatus *Howard Rolfe* • **7** Ego quid potui] ego quod potui *Torrentius* egi quod potui *Gruterius* egi ego quod potui *Howard Rolfe* ego quid? potui (*dat.*) *Chawner* • culleum] cullum *Howard* • **8** etiam] iam Π *(a. corr.)* Q *pars edd. (Roth)* • **9** plerique] plerisque *MGR*

46 **12** ominum] omnium *M* (-ni- *in ras.*) **a** *B* hominum Π *(a. corr.)*

Nerón especulaba con la carestía del trigo y esto contribuyó a **45**
hacerle aún más impopular. Precisamente por aquellos días, mientras el hambre se hacía sentir en la ciudad, corrió la noticia que había llegado una nave procedente de Alejandría con un cargamento de arena para los atletas palatinos. Este rumor le atrajo el 2
odio de todos los ciudadanos que acumularon contra él todas las injurias habidas y por haber.[1] Colocaron encima de una de sus estatuas un bucle[2] con esta inscripción en griego: «Ahora finalmente el certamen va en serio. ¡Ojalá te corten el pelo al rape!». Colgaron del cuello de una de sus estatuas un saco sobre el que había escrito: «¿Qué delito he podido yo cometer?[3] Tú, en cambio, te has ganado el saco». Apareció escrito en las columnas: «Con tus cantos has despertado hasta a los Gallos».[4] Incluso durante las noches muchos fingían que venían a las manos con sus esclavos y gritaban a grandes voces: «¡Que venga un Vengador!».[5]

Empezaron además a atemorizarle los presagios manifiestos, **46**
tanto antiguos como recientes, que podía inferir de sus sueños, auspicios y augurios. Aunque antes no acostumbraba nunca a soñar, no obstante, a poco de haber hecho asesinar a su madre, vio en sueños que le arrebataban de las manos el timón con el que go-

---

1 Se le reprochaba utilizar los barcos destinados a avituallar a Roma para satisfacer sus caprichos personales.

2 Los atletas se dejaban crecer un mechón de cabellos en la coronilla. El epigrama que sigue es una alusión a la larga cabellera que se dejó crecer Nerón durante una gira por Grecia. Cf. cap. 51.

3 El sentido de esta frase es oscuro. Parece que debe entenderse que es el saco el que habla y se lamenta que vayan a echarlo al Tíber con Nerón en su interior, pues éste era el castigo que se imponía a los parricidas. El saco no tiene culpa alguna, el único culpable es Nerón.

4 La palabra *galli* puede interpretarse tanto en el sentido de 'gallos' como de 'galos', o sea los insurrectos.

5 La palabra *úindex* puede significar 'Vindex', jefe de la sublevación, o bien simplemente 'vengador'.

in artissimas tenebras et modo pinnatarum formicarum multitudine oppleri, modo a simulacris gentium ad Pompei theatrum dedicatarum circumiri arcerique progressu; asturconem, quo maxime laetabatur, posteriore corporis parte in simiae speciem trans-
2 figuratum ac tantum capite integro hinnitus edere canoros. De Mausoleo, sponte foribus patefactis, exaudita uox est nomine eum cientis. Kal. Ian. exornati Lares in ipso sacrificii apparatu conciderunt; auspicanti Sporus anulum muneri optulit, cuius gemmae sculptura erat Proserpinae raptus; uotorum nuncupatione, magna
3 iam ordinum frequentia, uix repertae Capitolii claues. Cum ex oratione eius, qua in Vindicem perorabat, recitaretur in senatu daturos poenas sceleratos ac breui dignum exitum facturos, conclamatum est ab uniuersis: «Tu facies, Auguste». Obseruatum etiam fuerat nouissimam fabulam cantasse eum publice Oedipodem exulem atque in hoc desisse uersu:

Θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ.

---

1 pinnatarum] pennatarum *G* **a b** *AB* • **3** dedicatarum] dedicaturum **a** *AB* • **9** sculptura *codd.* : scalptura Π *corr. ex* sculp. *ut uid. edd. (Rolfe Ihm) cf. Galba 10* • **10/11** ex oratione] exhortatione (exor- *T*) *GT* • **11** qua] quam *PST* • **13** facies] facias *LA* • **15** desisse *recc.* : dedisse *MLOTS (sed* uel s *supra scr. in* S) *A* dixisse *P* finem dedisse *G* decidisse **b** • **16** ἄνωγε] ΜΕΝΩΓΕ *MGPR et corruptius cett. (cf.* Cassius Dio *LXIII 28)*

bernaba una nave y que su esposa Octavia le arrastraba hacia unas densas tinieblas y que unas veces un enjambre de hormigas aladas le cubría todo el cuerpo, otras las estatuas de las naciones erigidas junto al teatro de Pompeyo le rodeaban y le impedían avanzar; ⟨vio también en otro sueño⟩ que una jaca de Asturias, por la que sentía especial predilección, trocaba la parte superior de su cuerpo para adoptar la forma de un mono, y que con la cabeza, lo único que conservaba intacto, emitía unos relinchos armoniosos. Del interior del Mausoleo,[1] cuyas puertas se abrieron por sí mis- 2
mas, se oyó una voz que le llamaba por su nombre. En las calendas de enero [2] los Lares, cuando ya estaban engalanados, cayeron de su pedestal mientras se hacían los preparativos del sacrificio. En una ocasión en que Nerón tomaba los auspicios, Esporo le ofreció como regalo un anillo en cuya gema aparecía grabado el rapto de Proserpina.[3] Con ocasión de la ceremonia en que se formulan votos ⟨por la salud del emperador⟩, cuando se había congregado una gran multitud perteneciente a todos los estamentos sociales, costó mucho trabajo dar con las llaves del Capitolio. Cuando era leída 3
en el senado aquella parte de su discurso en la que lanzaba muchas bravatas contra Víndex y en la que decía que los malvados serían castigados y en breve acabaría con ellos,[4] todos a una exclamaron: «¡Tú acabarás, Augusto!». También las gentes habían caído en la cuenta que la última obra teatral que cantara en público había sido 'Edipo en el exilio', que termina con el siguiente verso:

Me ordena morir mi esposa, mi madre, mi padre.[5]

---

1 Se guardaban en él los restos mortales de Augusto. Cf. Aug., 100, 4.

2 El día primero de año.

3 Proserpina, hija de Ceres, fue raptada por Plutón, dios de los infiernos.

4 Traducción libre para mantener el juego de palabras que sigue. Lo que dijo Nerón fue que «sufrirían el fin que se merecían».

5 No conservamos esta tragedia.

47 Nuntiata interim etiam ceterorum exercituum defectione, litteras prandenti sibi redditas concerpsit, mensam subuertit, duos scyphos gratissimi usus, quos Homerios a caelatura carminum Homeri uocabat, solo inlisit ac, sumpto a Lucusta ueneno et in auream pyxidem condito, transiit in hortos Seruilianos, ubi, praemissis libertorum fidissimis Ostiam ad classem praeparandam, tri-
2 bunos centurionesque praetorii de fugae societate temptauit. Sed partim tergiuersantibus, partim aperte detrectantibus, uno uero etiam proclamante:

Vsque adeone mori miserum est?

uarie agitauit, Parthosne an Galbam supplex peteret, an atratus prodiret in publicum proque rostris quanta maxima posset miseratione ueniam praeteritorum precaretur, ac ni flexisset animos, uel Aegypti praefecturam concedi sibi oraret. Inuentus est postea in scrinio eius hac de re sermo formatus; sed deterritum putant,
3 ne prius quam in forum peruenirent discerperetur. Sic cogitatione in posterum diem dilata, ad mediam fere noctem excitatus, ut comperit stationem militum recessisse, prosiluit e lecto misitque circum amicos, et quia nihil a quoquam renuntiabatur, ipse cum paucis hospitia singulorum adiit. Verum clausis omnium foribus, respondente nullo, in cubiculum rediit, unde iam et custodes diffu-

---

47 **3** *H*omerios a] homeriios a Π*B* homeriana *G* • **4** Lucusta] locusta *QPTB* • **8** detrectantibus] detractantibus *GL*Π • **11** uarie] uaria Π*Q* *uulg.* • **12** quanta] quanto **b** *A* quam *Bentley* • **13** praeteritorum] praeteritorum peccatorum **b** *A* • **16** in forum] forum *LPOSA* • **17** dilata] delata **b** *SAB* • **18** prosiluit] prosiliit S^2TB • **18/19** misitque circum] misitque circum ⟨ad⟩ *Bentley* misitque qui citarent *N*

47 Llegó entretanto la noticia de la sublevación de todos los otros ejércitos. Las cartas le fueron entregadas mientras comía. Nerón las rompió a pedazos, volcó la mesa y estrelló contra el suelo dos copas de las que gustaba mucho y a las que llamaba homéricas por su talla inspirada en versos de Homero. Luego pidió a Locusta que le diera un veneno y después que lo hubo guardado en una cajita de oro, se trasladó a los jardines de Servilio; allí despachó a Ostia a sus libertos más leales para que tuvieran dispuesta la escuadra y preguntó a los tribunos y a los centuriones del pretorio si querían acompañarle en su huida. Mas, al ver que unos daban 2 largas, otros rehusaban abiertamente y que incluso uno le contestó a gritos:

¿Una desgracia tan grande es morir?[1]

empezó a dar vueltas a diversos proyectos: ¿debía suplicante ir al encuentro de los partos o de Galba, o, vestido de negro, presentarse en público y, desde la tribuna de los oradores, con el acento más lastimero posible, pedir perdón por sus faltas pasadas, y si no lograba hacerles cambiar de opinión, rogarles que, por lo menos, le confiaran el gobierno de Egipto? Más tarde fue hallado en su escritorio un discurso que había elaborado en este sentido; pero creen que le disuadió el miedo de que le hicieran a pedazos antes de que hubiera podido llegar al foro. Así pues, demorando para el 3 día siguiente la decisión, se despertó aproximadamente a media noche, y, al enterarse que los soldados de su guardia se habían retirado, saltó de la cama y envió a buscar por todas partes a sus amigos, y, como no recibía contestación de ninguno, él mismo personalmente, con un séquito muy reducido, fue a sus casas en busca de hospitalidad. Mas, al comprobar que las puertas de todos permanecían cerradas y que nadie le contestaba, regresó a su al-

[1] VERG. Aen. 12, 646.

gerant, direptis etiam stragulis, amota et pyxide ueneni; ac statim Spiculum myrmillonem uel quemlibet alium percussorem, cuius manu periret, requisiit et nemine reperto: «Ergo ego», inquit, «nec amicum habeo nec inimicum?» procurritque, quasi praecipitaturus se in Tiberim.

48 Sed reuocato rursus impetu aliquid secretioris latebrae ad colligendum animum desiderauit, et offerente Phaonte liberto suburbanum suum inter Salariam et Nomentanam uiam circa quartum miliarium, ut erat nudo pede atque tunicatus, paenulam obsoleti coloris superinduit adopertoque capite et ante faciem optento su-
2 dario equum inscendit, quattuor solis comitantibus, inter quos et Sporus erat. Statimque tremore terrae et fulgure aduerso pauefactus audiit e proximis castris clamorem militum et sibi aduersa et Galbae prospera ominantium, etiam ex obuiis uiatoribus quendam dicentem: «Hi Neronem persequuntur», alium sciscitantem: «Ecquid in urbe noui de Nerone?». Equo autem ex odore abiecti in uia cadaueris consternato, detecta facie agnitus est a quodam
3 missicio praetoriano et salutatus. Vt ad deuerticulum uentum est, dimissis equis, inter fruticeta ac uepres per harundineti semitam aegre nec nisi strata sub pedibus ueste ad auersum uillae pa-

---

3 requisiit] requisiuit *G* **b** *NA* inquisiit *T* inquisiuit *B*

48 **11** inscendit] ascendit Π*RL (a. corr.) cf. Caes. 61* • solis] solum *TAB* tantum *N* • **13** audiit] audiuit M^2 • **15** Hi] hii *MLSQ* • **16** Ecquid *recc. ed. Rom. II* : etquid *codd.* quid δ • ex odore **a** *AB* : e odore *M* eius odore *G om. cett.* • **18** Vt Π*QSTAB* : *om. cett.* sed ut *N* • **19** fruticeta] fructiceta *MΠTA* • **20** sub Π*Q edd.* : *om. cett.* • ad auersum *Gronovius* : aduersum *codd.*

coba, cuyo personal de vigilancia se había entretanto dispersado, no sin antes haber robado la ropa de la cama y sustraído la cajita del veneno. Inmediatamente envió a buscar al gladiador Espículo o a cualquier otro sicario, para que le diera la muerte con su mano, mas como no encontraran a nadie exclamó: «¿Así pues no tengo ni amigos ni enemigos?», y se marchó corriendo para echarse de cabeza al Tíber.

48 Mas, cambiando de nuevo de parecer, le apeteció un refugio algo apartado para cobrar ánimos y, como su liberto Faón le ofreciera su casa de campo situada entre las calles Salaria y Nomentana, en las cercanías del cuarto miliario, tal como estaba, con los pies desnudos y cubierto con una túnica, se echó encima un manto descolorido, y, después de cubrirse la cabeza y disimular su rostro con un pañuelo, montó a caballo acompañado únicamente por cuatro personas, y entre ellas también Esporo. A los pocos ins- 2
tantes un temblor de tierra y un rayo que cayó a pocos pasos delante de él le llenaron de espanto y, hallándose en este estado de ánimo, al pasar junto a los cuarteles pretorianos oyó el griterío de los soldados que prorrumpían en denuestos contra él y en vítores por Galba, oyó también que uno de los viandantes con que se tropezó decía: «Éstos, sin duda, persiguen a Nerón», y que otro le preguntaba: «¿Se sabe algo en Roma acerca de Nerón?». En esta coyuntura su caballo se desbocó a causa del mal olor que emanaba de un cadáver abandonado en la calle y, habiéndosele caído el pañuelo con que tapaba su rostro, fue reconocido y saludado por un soldado pretoriano ya licenciado. Llegados a un atajo, abando- 3
naron sus caballos y, caminando entre arbustos y zarzas por una senda que discurría a través de un cañaveral, Nerón logró, a duras penas y sólo después que hubieron extendido sus vestidos bajo sus pies, llegar hasta la pared trasera de una casa. Allí el ya citado Faón le insistió para que entretanto fueran a refugiarse a una can-

rietem euasit. Ibi hortante eodem Phaonte, ut interim in specum egestae harenae concederet, negauit se uiuum sub terram iturum, ac parumper commoratus, dum clandestinus ad uillam introitus pararetur, aquam ex subiecta lacuna poturus manu hausit et:
4 «Haec est», inquit, «Neronis decocta!». Dein diuolsa sentibus paenula traiectos surculos rasit, atque ita quadripes per angustias effossae cauernae receptus in proximam cellam decubuit super lectum modica culcita uetere pallio strato instructum; fameque et iterum siti interpellante panem quidem sordidum oblatum aspernatus est, aquae autem tepidae aliquantum bibit.

49 Tunc uno quoque hinc inde instante ut quam primum se impendentibus contumeliis criperet, scrobem coram fieri imperauit dimensus ad corporis sui modulum, componique simul, si qua inuenirentur, frusta marmoris et aquam simul ac ligna conferri curando mox cadaueri, flens ad singula atque identidem dictitans:
2 «Qualis artifex pereo!». Inter moras perlatos a cursore Phaonti codicillos praeripuit legitque se hostem a senatu iudicatum et quaeri, ut puniatur more maiorum, interrogauitque quale id genus esset poenae; et cum comperisset nudi hominis ceruicem inseri furcae, corpus uirgis ad necem caedi, conterritus duos pugiones,

---

1 in specum] specum *M* • **2** concederet] conderetur **b** • **3** clandestinus] clamdestinus *MIILSTA* • **4** poturus] potaturus *GTB* • **5** diuolsa *M (a. corr.) LP* : diuulsa *G* **b** *STAB* deuulsa M^2 • **6** quadripes] quadrupes *IIRPTA (sed* u *s. scr.) B* • **8** strato instructum] instratum *N Torrentius (cf. Aug. 73, 1)* stratum *Ernesti* • **9** et iterum] interim et *TB recc. pars edd.*

49 **11** instante] astante **a** *AB* • **12** coram] coram se *HPOSTB* • **13** dimensus] demensus *M* • **16** Phaonti] phaontis **a** *AB* phaonte Π

tera próxima de la que se extraía arena, pero Nerón dijo que no quería enterrarse en vida. Se detuvo allí un poco para dar tiempo a que dispusieran las cosas para poder entrar en la casa sin ser visto y entretanto cogió con la mano agua para beber de una charca que había a sus pies y exclamó: «¡Ésta es el agua destilada de Nerón!».[1] Luego pasó rozando con su manto, desgarrado por las zarzas, a 4
través de unos matorrales que le obstaculizaban el paso y así consiguió llegar a gatas, por una zanja que habían abierto, a la habitación más cercana, en donde se dejó caer sobre una cama provista de un pequeño colchón y de un mantón viejo que hacía las veces de cubrecama. Atormentado por el hambre y por los embates constantes de la sed, rechazó ciertamente el pan que le ofrecían, por ser de mala calidad, pero bebió un poco de agua templada.

Entonces, como todos sus acompañantes le instaran incesante- **49**
mente para que cuanto antes se sustrajera a los ultrajes que se le venían encima, dio la orden de abrir en presencia suya una fosa y la midió de uno y otro lado, tomando como punto de referencia su propio cuerpo. Dispuso también que juntasen todos los trozos de mármol que encontrasen por allí cerca y que trajesen agua y leña para lavar luego su cadáver. Al dar estas órdenes lloraba y repetía constantemente «¡Qué artista muere conmigo!». Mientras 2
así se demoraba, un mensajero entregó un despacho a Faón, pero Nerón se lo arrancó de las manos y leyó que el senado le había declarado enemigo de la patria y que se le buscaba para sancionarle a la usanza de los antepasados. Entonces preguntó en qué consistía aquel suplicio y al enterarse que, después de insertar la cabeza del reo, previamente desnudado, en una horca, le azotaban hasta que expiraba, dominado por el miedo, cogió apresurada-

[1] La novedad de la bebida parece ser que consistía en que Nerón, antes de refrescar el agua con nieve o con hielo, la hacía hervir. Cf. R. M. GEER, *On the use of ice and snow for cooling drinks*, Cl. W. 29 ('35), pág. 61 ss.

quos secum extulerat, arripuit temptataque utriusque acie rursus
3 condidit, causatus nondum adesse fatalem horam. Ac modo Sporum hortabatur ut lamentari ac plangere inciperet, modo orabat ut se aliquis ad mortem capessendam exemplo iuuaret; interdum segnitiem suam his uerbis increpabat: «Viuo deformiter, turpiter», «Οὐ πρέπει Νέρωνι, οὐ πρέπει», «Νήφειν δεῖ ἐν τοῖς τοιούτοις», «Ἄγε ἔγειρε σεαυτόν». Iamque equites appropinquabant, quibus praeceptum erat ut uiuum eum adtraherent. Quod ut sensit, trepidanter effatus:

Ἵππων μ' ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει

4 ferrum iugulo adegit iuuante Epaphrodito a libellis. Semianimisque adhuc irrumpenti centurioni et paenula ad uulnus adposita in auxilium se uenisse simulanti non aliud respondit quam: «Sero» et: «Haec est fides». Atque in ea uoce defecit, extantibus rigentibusque oculis usque ad horrorem formidinemque uisentium. Nihil prius aut magis a comitibus exegerat quam ne potestas cuiquam capitis sui fieret, sed ut quoquo modo totus cremaretur. Permisit hoc Icelus, Galbae libertus, non multo ante uinculis exolutus, in quae primo tumultu coniectus fuerat.

50 Funeratus est impensa ducentorum milium, stragulis albis auro intextis, quibus usus Kal. Ian. fuerat. Reliquias Egloge et Ale-

---

5 turpiter *codd.* : *om. L (a. corr.) recc. Burmannus Oudendorpius aliique glossema putant* turpius pereo *H* morior turpiter P^a ac turpiter *uulg. post Sabellicum* • **6** Νέρωνι] Νέρων *edd. Rom.* • νήφειν] ΝΗΦΕΙΙΝ *LSA* ΜΗΦΕΙΝ **b** *PT* • σεαυτόν] CAYTON (CAI- *G a. corr.*) *GRPT post* CEAYTON *spatium nouem fere litterarum uacuum relictum in M* • **7/8** ut uiuum *GLIIRNAB* : uiuum *cett.* • **8** eum adtraherent] adtraherent *N recc.* • **17** Icelus *B Politianus* : hiceius *codd.*

50 **20** Egloge] Ecloge *edd. recc. post ed. Basil. 1533*

mente dos puñales, que se había llevado consigo, y comprobado que hubo los filos de ambos, volvió a guardarlos con el pretexto que todavía no había llegado la hora fatal. A continuación, unas 3
veces exhortaba a Esporo a que empezase a llorar y a golpearse el pecho, otras pedía que alguno le ayudase con el ejemplo a afrontar la muerte, de cuando en cuando increpaba su propia cobardía con palabras como éstas: «Vivo sin dignidad, sin honor», «Es indigno de Nerón, es indigno», «Es necesario conservar la serenidad en estos momentos», «¡Ea, despiértate!». Se acercaban ya los jinetes a quienes se había ordenado que lo trajesen vivo; pero al oírlos, Nerón recitó temblando:

Llega a mis oídos el galopar de ágiles corceles,[1]

y acercó el hierro a su garganta con la ayuda de Epafrodito, quien tenía a su cargo el negociado de las peticiones. No había expirado 4
aún cuando irrumpió un centurión, el cual, simulando que venía en su ayuda, le taponó la herida con su capote; pero Nerón le dijo: «Demasiado tarde» y «Esto sí que es fidelidad». Al pronunciar estas palabras expiró con los ojos rígidos y saliéndosele de las órbitas, provocando con ello el horror y el espanto de los presentes. Nada había pedido a sus amigos con tanto ahínco e insistencia como que no dejasen que nadie ⟨le cortase⟩ y se llevase su cabeza y que le quemasen, en la forma que fuera, pero sin que le faltase ningún miembro. Accedió a ello Icelo, liberto de Galba, poco ha liberado de la cárcel, a donde le habían encerrado al iniciarse la sublevación.

Le enterraron — los gastos ascendieron a doscientos mil ⟨ses- **50**
tercios⟩ — envuelto en una vestidura blanca recamada de oro, precisamente la misma que había llevado en las calendas de enero.[2]

---

1 HOM. Iliad. 10, 535.

2 El primero de año del 68. Nerón se suicidó el 9 de junio del mismo.

xandria nutrices cum Acte concubina gentili Domitiorum monimento condiderunt, quod prospicitur e campo Martio impositum colli Hortulorum. In eo monimento solium porphyretici marmoris, superstante Lunensi ara, circumsaeptum est lapide Thasio.

51 Statura fuit prope iusta, corpore maculoso et fetido, subflauo capillo, uultu pulchro magis quam uenusto, oculis caesis et hebetioribus, ceruice obesa, uentre proiecto, gracillimis cruribus, ualitudine prospera; nam qui luxuriae immoderatissimae esset, ter omnino per quattuordecim annos languit, atque ut neque uino neque consuetudine reliqua abstineret; circa cultum habitumque adeo pudendus, ut comam semper in gradus formatam peregrinatione Achaica etiam pone uerticem summiserit ac plerumque synthesinam indutus ligato circum collum sudario prodierit in publicum sine cinctu et discalciatus.

52 Liberalis disciplinas omnis fere puer attigit. Sed a philosophia eum mater auertit monens imperaturo contrariam esse; a cognitione ueterum oratorum Seneca praeceptor, quo diu in admiratione sui detineret. Itaque ad poeticam pronus carmina libenter ac sine labore composuit nec, ut quidam putant, aliena pro suis edidit. Venere in manus meas pugillares libellique cum quibusdam notissimis

---

1 Acte *recc.* : acti *MGLP* actia **b**′ *OAB* • **3** colli *Stephanus* : colle *recc. Imh putat hanc lectionem forte esse meliorem* collo *ML* **b**′ *AB* collu (*praecedente* imposito) *P* colliculo *G Becker* • **4** Lunensi] ⟨e⟩ Lunensi *Salmasius*

51 **5** fetido] faetido *MGL* foetido *R* • **6** caesis] cecis **b** *A* caesiis *uulg.* • **8** luxuriae immoderatissimae] luxoriae immoderatissima *M* • **11** pudendus ut] pudendus *MLP* • **14** discalciatus] disculciatus *M (a. corr.) Q*

52 **20** libellique (cf. PLIN. epist. IX 6) *codd.* : *hoc uerbum uel saltem* -que *deleuit Becker*

Sus nodrizas Égloge y Alejandría, con el concurso de su concubina Acte, depositaron sus restos en el sepulcro familiar de los Domicios, el cual fue construido sobre la Colina de los Jardines[1] y se divisa en lontananza desde el campo de Marte. En este mausoleo su sarcófago de pórfido aparece coronado por un ara de mármol de Etruria y ceñido por una balaustrada de piedra de Tasos.[2]

Su talla fue casi la corriente, su cuerpo cubierto de manchas 51
y fétido, el pelo tirando a rubio, el rostro más hermoso que atractivo, sus ojos azules y algo miopes, la cerviz robusta, el vientre pronunciado, las piernas muy delgadas, su salud excelente. En efecto, a pesar de haberse entregado a la disipación sin freno ni moderación, sólo tres veces, a lo largo de catorce años, se sintió indispuesto, pero sin que por esto tuviera que abstenerse del vino ni de sus costumbres habituales. Respecto a sus cuidados de tocador y a su atuendo, procedía con tanta falta de decoro que por lo regular hacía peinar su pelo disponiéndolo en hileras de bucles, e incluso durante su viaje a Grecia se lo dejaba caer sobre la nuca y generalmente se presentaba en escena vestido con una bata, un pañuelo anudado alrededor del cuello, sin cinturón y descalzo.

Durante su niñez se aplicó superficialmente a todas las disciplinas 52
liberales, salvo la filosofía, de la que su madre le apartó, asegurándole que era nociva para un hombre como él, destinado a ejercer el poder. Le disuadió de estudiar a los viejos oradores su preceptor Séneca a fin de asegurarse por más tiempo su admiración. Por todo ello, decidiéndose por la poesía, componía con afición y facilidad y es absolutamente gratuita la afirmación de que publicaba obras ajenas como si fueran escritas por él. He tenido en mis manos tablillas y cuadernos conteniendo versos suyos — algunos

1 En la actualidad se llama Colle del Pincio.
2 Isla del mar Egeo, frente a la costa griega.

uersibus ipsius chirographo scriptis, ut facile appareret non tralatos aut dictante aliquo exceptos, sed plane quasi a cogitante atque generante exaratos; ita multa et deleta et inducta et superscripta inerant. Habuit et pingendi fingendique non mediocre studium.

53 Maxime autem popularitate efferebatur, omnium aemulus, qui quoquo modo animum uulgi mouerent. Exiit opinio post scaenicas coronas proximo lustro descensurum eum ad Olympia inter athletas; nam et luctabatur assidue nec aliter certamina gymnica tota Graecia spectauerat quam brabeutarum more in stadio humi assidens ac, si qua paria longius recessissent, in medium manibus suis protrahens. Destinauerat etiam, quia Apollinem cantu, Solem aurigando aequiperare existimaretur, imitari et Herculis facta; praeparatumque leonem aiunt, quem uel claua uel brachiorum nexibus in amphitheatri harena spectante populo nudus elideret.

54 Sub exitu quidem uitae palam uouerat, si sibi incolumis status permansisset, proditurum se partae uictoriae ludis etiam hydraulam et choraulam et utricularium ac nouissimo die histrionem saltaturumque Vergili Turnum. Et sunt qui tradant Paridem histrionem occisum ab eo quasi grauem aduersarium.

1/2 tralatos] translatos *G* **a** ΠQ*AB* • **2** sed plane] sed plane sed *M* • **4** fingendique] fingendique maxime *codd.* (*Ihm putat* maxime *quod legitur in omnibus codd. emendationen esse eius quod sequitur* maxima, *l. 6, cf. Hermes 36, p. 292*)

53 **6** Maxime *recc.* : maxima *cett.* • **8** Olympia *recc. edd. Rom. Ven. I* : olympiam *omnes codd.* • **10/11** stadio — assidens] stadi — acsidens *M* • **12** quia] qui *recc. uulg.*

54 **17/18** hydraulam] hydraulum *M* • **18** histrionem] histrione *MR* • **19/20** Paridem histrionem (hystr- *N* istr- *T*) **b** *TNB* : Paridem septentrionem *MHGLPOSA*

muy conocidos — escritos por su propia mano, en forma tal que a simple vista evidencian que no han sido copiados o escritos al dictado, sino que es obra de un hombre que piensa y crea, puesto que en ellos figuran muchas raspaduras, adiciones y palabras escritas entre líneas. Sintió también un afán no mediocre por pintar y esculpir.

Le embriagaba también, más que nada, el afán de popularidad, **53** émulo de todos los que por un medio u otro se habían hecho famosos. Muchos fueron los que creyeron que, después de los galardones obtenidos en la escena, se disponía en el próximo lustro a bajar a la arena en Olimpia como un atleta más, pues se entrenaba asiduamente, y durante su viaje por Grecia había presenciado las competiciones atléticas como lo hacen los árbitros, o sea sentándose en el suelo, y siempre que alguna pareja de púgiles se apartaba más de la cuenta, la arrastraba con sus propias manos al centro. Había concebido el proyecto de imitar también las hazañas de Hércules, ya que todos le aseguraban que igualaba a Apolo en el canto, y al Sol en el arte de conducir un carro. Se dice incluso que había hecho adiestrar un león para, desnudo, abatirlo en la arena del anfiteatro ante los ojos del pueblo con una maza o bien asfixiarle entre los brazos.

En las postrimerías de su vida había prometido pública y so- **54** lemnemente que, si su fortuna no experimentaba detrimento, saldría en escena, durante los juegos destinados a celebrar su victoria, como concertista de un órgano hidráulico, flautista y gaitero y que el último día, como actor de mimos, personificaría danzando el papel de Turno [1] de Virgilio. No faltan incluso quienes aseguran que hizo matar al actor Paris por considerarlo un rival peligroso para él.

---

1 Rival de Eneas inmortalizado por Virgilio en su Eneida.

55 Erat illi aeternitatis perpetuaeque famae cupido, sed inconsulta. Ideoque multis rebus ac locis uetere appellatione detracta nouam indixit ex suo nomine, mensem quoque Aprilem Neroneum appellauit; destinauerat et Romam Neropolim nuncupare.

56 Religionum usque quaque contemptor, praeter unius Deae Syriae, hanc mox ita spreuit ut urina contaminaret, alia superstitione captus, in qua sola pertinacissime haesit, siquidem icunculam puellarem, cum quasi remedium insidiarum a plebeio quodam et ignoto muneri accepisset, detecta confestim coniuratione pro summo numine trinisque in die sacrificiis colere perseuerauit uolebatque credi monitione eius futura praenoscere. Ante paucos quam periret menses attendit et extispicio nec umquam litauit.

57 Obiit tricensimo et secundo aetatis anno, die quo quondam Octauiam interemerat, tantumque gaudium publice praebuit, ut plebs pilleata tota urbe discurreret. Et tamen non defuerunt qui per longum tempus uernis aestiuisque floribus tumulum eius ornarent ac modo imagines praetextatas in rostris proferrent, modo

---

55 **1** perpetuaeque] perpetuoque *M* • **3** indixit] induxit Π*B uulg.* indidit *Bentley*

56 **7** icunculam *Egnatius (Roth Preud'homme)* : acunculam *om. codd.* imagunculam *Sabellicus (cf. Aug. 7, 1) Ihm Ailloud*

57 **13** tricensimo et secundo] tricesimo et altero Eutrop. VII 15, 3 • **14** praebuit] fuit *POT* p(opulo) R. fuit *Oudendorpius*

Sentía un afán desmedido, pero sin tino, de perpetuar su nom- **55**
bre y de alcanzar una fama inmarcesible. Por este motivo despojó a muchas cosas y ciudades de su nombre tradicional para darles uno nuevo derivado del suyo y así llamó 'neroniano' al mes de abril y se proponía bautizar a Roma con el nombre de Nerópolis.

Menospreció siempre todos los cultos religiosos, salvo el de una **56**
diosa siria,[1] a la que a la postre acabó también por desdeñar hasta el extremo que se orinó sobre ella, atraído por una nueva superstición, la única a la que permaneció fiel hasta el fin de sus días. En efecto, un hombre de la plebe, cuyo nombre se desconoce, le había obsequiado con una muñeca asegurándole que era un amuleto contra las acechanzas y, como al poco tiempo se descubriera una conspiración, continuó venerándola como si fuera una divinidad superior con tres sacrificios cada día y quería que todo el mundo creyera que gracias a sus advertencias preveía el futuro. Pocos meses antes de su muerte consultó también las entrañas de las víctimas sin obtener nunca ningún presagio favorable.

Murió a los treinta y dos años de edad, el mismo día en que **57**
había hecho matar a Octavia. Su muerte causó un regocijo público tan grande que el pueblo se volcó por todas las calles de Roma tocado con el gorro de los libertos.[2] Con todo no faltaron quienes durante muchos años adornaron su tumba con las flores que se dan en primavera y en verano, y que fijaran en la tribuna de los oradores unas veces retratos suyos vestido con la toga pretexta, otras

---

1 Atargatis, venerada en el norte de Siria. Apuleyo la cita muchas veces y su nombre aparece también en las inscripciones.

2 Cuando los esclavos obtenían su libertad se ponían en la cabeza como una especie de gorro frigio. Cf. Tib., 4, 2.

edicta quasi uiuentis et breui magno inimicorum malo reuersuri.
2 Quin etiam Vologaesus Parthorum rex missis ad senatum legatis de instauranda societate hoc etiam magno opere orauit, ut Neronis memoria coleretur. Denique cum post uiginti annos adulescente me extitisset condicionis incertae qui se Neronem esse iactaret, tam fauorabile nomen eius apud Parthos fuit, ut uehementer adiutus et uix redditus sit.

2 Vologaesus] uologaosus *POT* uologesus **b** L^3 • *r*ex missis] exmissis *MLP*

sus edictos, como si todavía continuara en vida y en breve tuviera que regresar para vengarse de sus enemigos. Más aún, Vologeso, 2
rey de los partos, cuando envió mensajeros al senado para renovar la alianza, pidió insistentemente que se tributara culto público a la memoria de Nerón. En fin, veinte años más tarde, cuando yo era todavía un adolescente, apareció un aventurero[1] de origen incierto que se jactaba de ser Nerón, y su nombre halló una acogida tan entusiasta entre los partos, que le prestaron un apoyo fervoroso y sólo a duras penas se avinieron a entregarlo.

1 Este impostor se llamaba Terentius Maximus. Otros siguieron su ejemplo; dos de ellos durante los reinados de Tito y Domiciano.

ESTE LIBRO SE ACABÓ DE IMPRIMIR
EN LOS TALLERES DE INDUSTRIA
GRÁFICA MAE, DE MADRID EN
EL MES DE MAYO DEL
AÑO MCMXCVI.